

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.


Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes



Bois d'Amont.

ed. de 1514 gelés, consacrée par le 20 de 1508 à 1509, qui ne renferment  
pas le 3<sup>e</sup> vole de l'Académie. 184.

Sur ce cercle figurant par écrit qui nous a adagia germanica.



1 1819  
11

Charles Estienne  
Sue Guibert: 4.

0



12745

# IN HOC LIBRO CONTINETVR HAEC

Bebeliana opuscula noua & adolescētiæ labores.

Epistola ad Petrum Iacobi Arlunensem de laudib⁹  
bus, & auctōrib⁹ facetiarum. *Actio vītē sordida dīmīntib⁹ /  
Libri facetiarum iucundissimi, atq; fabulae admodū  
dum ridenda.*

Epistola ad Cancellarium de laudibus, & philosop⁹  
sophia veterum Germanorum.

Proverbia germanica in latinitatem reducta.

Mithologia, hoc est fabula contra hostem poetarum.

Elegia in obitum doctoris Henrici Starren vuadel p̄r  
teritorum vaticinatoris.

Elegia hecatosticha de institutione vitæ Bebelij dum  
pestis Tubingæ grassaretur. M. D. II.

Elegia ad Appoloniam puellam pulcherrimam de me  
ditatione venturæ mortis, & feneſutis.

Ad Thomam Vuolphium iuniorem de laude do  
ctorum, & poeticæ.

Egloga contra vituperatores poetarum.

Epitaphium Cytharedi ad Ioannem Streler Vlmēsem  
Cantio vernacula.

Laus musicæ. Apologia poetæ de stirpe sua.

Elegia Cimonis stulu qui ex amore factus est pruden  
tissimus.

## NOVA ET ADDITA.

Nouus Liber facetiarum. Prognosticon, seu practica  
utilis & vera usq; ad finem mundi.

Carmina de miferia humanæ conditionis.

De Inuidia. De Baccho.

Contra Simoniacos. De Philomela.

Varia de rebus lœtis, & iucundis.

Hæc oīa per auctōrē correcta, cū quibusdā additionib⁹.

FACETIAE BEBELIANAE AD DO-  
mīnū Petrum Iacobi Arlunensem balneantem.  
Ad lectorem Liber. H. B.

Pone supercilium lector Nasute, dicas  
Affero ego risus, atq; sales lepidos  
Curia me spernat, fora me clamosa refutent  
Solus ego mensis, lætitiaeq; cano,  
Atq; etiam sapiens nos inter pocula tractet.  
Et tetricas curas mitiget ipse iocis.  
Nemo etiam carpet tristem qui fronte Catonem  
Nouerit in libris compoluisse sales.

τέλος

MAXIMILIANI TRANSSYLVANI  
Bruxellensis ad lectorem in cōmendationem  
facetiarum Bebelianarum.

Qui sua sub tristi semper terit ocia vultu,  
Et sua qui in grauibus tempora rebus agit  
Displacet, hæc rigidos spernūt nam sœcla Catones,  
Paruaq; nunc tetricæ gratia frontis adeat  
Moribus hinc nostri decet, vt temporis aptes  
Inter ut humanos vivere rite queas.  
Disce igitur lepidosq; sales, hilaresq; lepores  
Bebelius libro, quos canit ipse suo.  
Inter enim hos poteris doctissima verba referre,  
Namq; iuvant placidis seria mixta iocis,

τέλος

# VIRO DISERTISSIMO IVRISCONSULTIS.

Simo, atq; integrissimo Petro Iacobi Arlunensi Præpo-  
sito Baccknagensi canonico Stutgardiano &c.  
Ducalib; Senatori, Henricus Bebelius. S.D.

 Etre viroꝝ optime aduersa valetudo tua tā  
vehemēs tanq; diuturna, q̄nto mihi dolori  
fuerit, & moerori, pōt aīaduertere, quicūq;  
ex tua salute meā salutē, & magnā fœlicita-  
tis partē pēdere nouerit. Ecōtratio cū iam paulū reualu-  
eris, febrilisq; ille īpetus, & feruor resederit gratulor, pfe-  
cto tibi plusq; dici pōt, optoq; & optimū, maximūq; de-  
um p̄cor, vt de dīe ī dīe vegetior, saniorq; reddaris, Ther-  
maq; ille vel ferinæ, siue hercinianæ naturali suo calore  
efficaces te ītegris viribus, restitutaq; penit<sup>o</sup> sanitate do-  
mū remittat. Sed cū boni amici (vt moris est Sueuis) bal-  
neates aliqua gratificatiōe, & munusculo honorare cōs-  
sueuerint, neq; iniqtas fortunæ in illā angustiā collocas-  
uerit, vt nulla sint mihi, nisi chartacea munera, ne oīno  
amici officiū negligere videar, aggressus sum ea cōmen-  
tari, fingere atq; ad te mittere, quæ maxie balneantibus  
idonea & grata esse existimo. Accipe igit̄ vir optime, at-  
& patronē charissime has nostras facetas, q̄ summa cū  
difficultate ad latinū eloquium cōmutauī. Ea em̄ quæ  
in vernacula lingua iocose, atq; facete dicunt, vix eadē  
quadrabūt in latino, & econtrario, sum tamē non nihil  
cōsecutus, vt videant etiā nō īnepte harillari, vbi locus  
& tēpus, & personæ admittunt, q̄ si hæc tibi placitura  
sensero, multo plura scriba in posterū, puto em̄ hoc esse  
studiū, vel etiā honestissimū, vt homo possit dispensare  
tēpus, & ad ociū, & negociū, ad seria & iocos item. Vale  
& me cōmendatum habe, Tubingæ sexto Idus Maías  
Anno. M. D. VI.

Aa ij

# FACETIAE

## ADOLESCENTIAE BEBELIANAE OPUSCULA:



Facetum dictū cuiusdam sacerdotis.  
Vm pñceps noster Vdalric⁹ dux Vuſtenbergeſis vñctoriosus, cuīdā comit⁹ ex actis tñibus iustissimo bello oppidulū, cū arce abstulisset, venit quīdā sacerdos comit⁹ not⁹ & familiaris ad comitē, nūcians rem triuit & dānosam, oppidulū & arcē esse expugnatā & captā a pñncipe Vdalrico. Rñdit comes nihil obesse, qm̄ carius vñdere nō voluerit, ad hæc sacerdos facieſtissime, p veritatē hoc ego libentissime audio. Timui eñ maxie ne vilius vñdiderimus, deditioñi eñ interfuerat.

### Facetum dictum cuiusdā Iudaicæ mulieris.

Fui olim in oppido Hechinga qđ est in dñio comit⁹ Zollerñ. Illuc repperivnam Iudæam, quę cum esset conſpicue formę, fuit & pfaceta, cui ego cū pſuadere conatus essem fidē christianā, nihil ineptū respōdebat, tandem circumcisioñē credidit tñ valere quantū baptismū, quę ſiuītq; a me qnti nos christiani baptismū faceremus. Respōdebā, multi, & sine eo claudi portas regni celorū. Ipā ſubiūxit, at nos iudaicæ mulieres parę tenemus de circumcisioñe, q; cum causam īqſiuīſsem, dixit, qm̄ mallemus addi virorū noſtroꝝ virilib⁹ portiōem q; adimī, vnde cunctis aſtantib⁹ maximū riſum cōmouit.

### Facetum dictum in molitores.

Venit mēdicus ad pistorē vt ei eleemosynā exhiberet propter cognatū artificium, quæ ſiuīt pistor, quod artificium effet professus. respondit mēdicus, molitorē ſe fuīſe. Subdit pistor, quot rustici acceſſerūt molā ſeu molens dñā tuam, ſeptē, respondit mēdicus. Septem inquit pistor; o fatuū caput & ineptū, prius enim oēs septem ru-

# BEBELIANAE.

stici coacti fuissent ire mendicatum quod ego, Alludens ad opinionem quam de furto molitorum vulgus facit.

Contra eosdem.

Erat quidam regulus, qui molitorum suorum in furto dephensum laqueo suspicere volebat. Et cum iam crucem ascendere molitor, rogauit ille & obsecrabat, per quod fidem obligabat, ut sibi molitorum aliquem ostenderet, qui fidus & probus esset, affirmauit iure iurando molitor se nullum demonstrare posse, si ita est dixit regulus, descendit & viues, malo enim te quod alium furem experiri forsan rapaciorem.

Contra eosdem.

Nobilis quidam me praesente dixit ad molitorum mihi notum. Si ego tam multa bona diis & aris sanctorum ob tulisse, quanta tu es furatus, quis esset me inter oes mortales sanctior? Cogereris enim die mortis mecum tenere festum & ieunio sacrificium, sed parcant molitores, scribo enim fabellas, & facetias non rem veram & gestam.

Dictum facetum contra quendam vagantem.

Sunt quidam scolastici, qui cum nullius bona frugis sint, neque operis, nec studeant, nec laborare velint, vagantur hincinde mendicando, varijsque artibus & illusionibus, atque praestitis simplices rusticos circumueniunt. Dicentes se fuisse in moto Veneris (nescio quem mentientes) ubi oem magis dicserint, polliceturque mirabilia, de quibus multa in triumpho Veneris scripsi. Ex illorum numero unus olim ad Plastrarii lustringensem, hoc est plastrorum cōfectorum, venierat (qui ab illis plusquam semel erat delusus, & deceptus) petens ab eo eleemosynam noīe magistri septem artium liberalium, & illius qui in moto Veneris aliquādo fuisset, quos vulgus vagantes scholasticos appellat. Dixit ad illum plastrarius. Fuisti superiori anno etiam hic, cum ille abnuisset, vade ergo, & post hac ~~non~~ reuenias, nihil enim dabo tibi,

A 2 ij

# FACETIAE

vagās indignabundus, cur se numero singulari alloquē  
ret interrogat (ita amicos tantū & notos, aut viles, & hu-  
miles hoīes germani affant) cū sit septem artiū magister  
& magus. Respondit Plaustrarius. Ego multoplura scio  
q̄ tu, nam vna tantū arte, & artificio me, & septē liberos  
cū uxore mecū ego solus nutrio & educo, tu autē te solū  
cū septē artibus nō potes nutritre, sed mēdicas, inde me  
honorabis nō ego te. Abiit ille facetissime derisus. Et ita  
merito cōtigit illis, qui solo titulo gloriantes, nihil pos-  
sunt de se p̄stare earū rerum quas profitētur, q̄ solum  
titulum, attamen multo ferocius superbunt maiori ex  
pārte, q̄ ille qui summa eruditōne instructi sunt.

## De sacerdote vera historiā.

Fuit sacerdos Vlmēsis noīe Mutscheller, qui cū cōcio  
naret ad plābē in die cinerū in qđā oppidulo, dixit filij  
dei. Ego hodie phibeo vobis oēm cibū humanū (volens  
eos coercere ab esu carnīū) subiūxit rusticus astas. Optis-  
me ergo mecū agitur, qui meū fœnum nondū vendidi,  
nā si ita esset cogerent hoīes pabula iūmētorū comedere  
Idē. Cauete vobis a diabolo o frates, oīm enim hoīm  
pessimus est. Adhārete autē amorī dei, qui adeo dulcis  
est, sicut iuscūlū torridorum pīrorū, solent em̄ agrestes  
hoīes sylvestria pīra torrere, & reseruare ad ieiuniū qua-  
dragesimale, & postea liquefacere aqua, vñ iuscūlū fas-  
tis dulce cōficit, cui sacerdos ille amore dei cōparabat.  
Idē cum cōcionē primā haberet in oppidulo supradictō  
dixit. Cathedra illa cōcionatoria (quā indocti ambonē  
vocāt) o frates pinea modo est, oportet vt ex querco a-  
lia conficiatur, vt efficacissima, & fortissima verba mea  
perpeti possit. Postq̄ libri mei ad me afferent, sermones  
Gritsch, sermones discipuli, sermōes dormisecure, & si-  
miles auctores, hæc Leonhartus clæmens hospes meus

## BEBELIANAE.

alpestris, & h̄jsdē musis mecum iniciat⁹, s̄epe mihi rettulit.

### Prouerbium in loquaces.

In arce Zvuifuldenſi est vigil nocturnus, hō ſimplex  
noīe Ioannes Scropharius, a Scrophis & ſuibus q̄s olim  
pauit, hic cū apud dñam ſuam ſarcinatrix quedā iugiter  
loquacitate pſtreperet, accedēs illā dixit, Sinas te ſemel  
interrogari, ne ſcilicet ſemp ſola loquereſt, inde in puerſ  
biū cefſit. Eſt & aliud in eosdē loquaces, vt dicit⁹ noſtri,  
verba mille, vel duo, aut quattuor milia nō ſunt colliga  
ta in illā hoīem, deſignātes multiloquiū, nā ſi colligata  
eſſent cohārerēt corpori, nec tā affluenter exciderēt ore.  
In eosdē dīci cōſuetū eſt. Ille eſt homo facilis, nā non eſt  
opus vt interrogeſt, dū ſciliſet per ſeipſum plusq̄ deceat  
loquaſt. Et ego cū nuper quidā papyropola, vt vocant &  
chartarius plus equo loquax eſſet dixi. Os illius hoīs &  
lingua ſummo gaudio affici deberēt, quādo dormitum  
iret, quę ſiuerūt aſtātes cauſam, respōdi, vt a labore qui  
eſcerēt, ſubiunxit alter. Si tantū robur in manib⁹ habe  
ret, quantū in ore & lingua, nullo labore frangerētur.

### Prouerbium in Polonos.

Cum in Sarmatia eſſem audiui eſſe puerbiū inter ger  
manos qui ibidē morabant⁹. Polonus fur eſt. Prutenus  
proditor dñi, Boemus hæreticus, Sueuus loquax, quod  
cū olim inter noſtros recitaſsem, ſubiunxit alter tanta reſ  
ligione teneri Polonos, vt ſaniori cōſcientia furarentur  
equū dñica die, q̄d die Veneris lac vel butyrū comedē  
rent. Alter festiuus, tā religiosus eſt, vt priuſq̄ abeſſet a  
tēplis deorū, intempeſta nocte per fenestras intraret, deſ  
ignans furtū eorum. Nolim tamē ſerio quicq̄ inhoneſ  
ſtius de illa natione dicere, christiana ſana & proba.

### Fabula.

Nesciebat quidā ſacerdos ſatis inſulſus, qđ eſſet can-

## FACETIAE

tandum in officio diuino die resurrectionis christianæ, misit itaq; aditum ad vicinum sacerdotem, qui cum dixisset, Resurrexi, adituum literarum ignarus, tantum mimit re quod saepius repetivit, quo auditio sacerdos ille simplex & rudis, bene est, dixit requiem cantandum est, quoniam diem depositionis (ut vocant) Iesu Christi celebrari conuenit, nam in triduo mortuus est.

*Dixit etiam qd; 10/10 Eggregium facinus.*

10

Erat quidam Friburgi in balneō, & cum prae ceteris negligeretur, nec debitus honor ei impenderetur, hoc est nec fricaretur manibus eliciendo sudorem. Secessit ad secretiorem locum balnei, & ibi cacauit, postq; ultimo balneator ad eum venisset fricareq; vellet. Dixit, abi, non est opus fricatione, nam immundus sudor abiit a me, tandem odore suo sudor eius proditus est.

Facetum dictum insulsi homini.

Sarcinatō in oppido Rutlinga quesivit tempore passchali a seruo. An sacrā Christi cōmunionē in coena dñi adiisset. Respondit seruus, adūi, & merito, qd; a bene meratus sum. Et cū abeo quereret quō emisset, dixit, accessi ēm altare, & ibi p ea re denariū obtuli, castigauit sarcinatō serū de īscientia, qm nullo p̄cio nec toto mūdo cōparabilis esset. Subdidit seruus, desine ita sentire, nam si ita præciosa res esset, nec tibi, nec mihi vñq; daref.

De sacerdote,

Noui ego sacerdotem, qui cum sub excōmunicatio ne vigiliā Sancti Matthiæ ieunandam esse præcipere debuisset, precepit per iuramentum,

De altero.

Erat alter, qui cū de ingressu Christi in Hierusalē ad imperitā plēbē cōcionaref dixit, nobili & egregio caballo insedentē illum urbē esse ingressum, & cū admoneref

# BEBELIANAE

tur ab ædituo asinū fuisse, clamauit alta voce. Vade sine  
ge culum asini. Si etiam alijs in rebus honestare possem  
Saluatorē meum, nullis parcerē laboribus, cuius hono-  
rem ego tuebor, donec dominus Ioānes vocabor.

Prouerbium.

Prouerbiū est in eos qui se ostētare volūt in aliqua re  
cū sint minus idonæi, ut dicamus. Ille semel lancea trā-  
fuit vestibulū illius artis vel rei. Et alij dicit, ille semel  
in dedicatione templi fuit illius vel alterius artis.

Insulsum dictum.

Noui duos fr̄es q̄ cū funus p̄pis p̄sequerent alter atro  
alter cōtra morē lugentiū ruffo capitio sequebāt, qui cū  
esset correptus a fratre cur ita icederet. Desine ait, nam  
ita me male habet in ruffo capitio, vti te in nigro.

Facetum dictum.

Dicīt mihi de alio stupido hoie & fatuo qui cū funus  
maternū p̄sequeret cātauit alta voce, quē cū pater castis  
garet, dixit. Haud esse te sanū credo pater, cū precio con-  
ducas sacerdotes qui canerēt, ego vero gratis cōcinam.

De sacerdote faceto Historia.

Georgius Echingē, eques auratus satis celebris & fa-  
matus habebat (vt fertur) in quodā vico sacerdotē noīe  
Vuendelinū, contra quē cum rustici querelā ad eum de-  
ferrēt, peterētq̄ in cōspectu sacerdotis eis dari aliū sacer-  
dotē, petiuit euestigio Vuēdelin⁹, alios sibi dari rusticos  
asserens se adeo ægre illos pati posse, vti illi se, & cū ab  
eisdē accusaret, q̄ tā raro diuia officia celebraret. Rñdit  
se ideo facere, ne si frequēter sacrificaret, discerēt et rusti-  
ci q̄ tam p̄pe sacrificati astarēt, vñ sibi tandē emolimen-  
tum suū eriperet. accusatus ab eisdē, q̄ tā raro domi eēt,  
sempq̄ foris prāsitaret. Rñdit, & mures in panario suo  
esse mortuos, vbi nemo sanus ei manendū persuaderet.

B

# FACETIAE

*Sed* Fabula cuiusdam sarcinatōris.  
 Venit claudus sarcinatōr ad portas celi, p̄tuitq; a sc̄to  
 Petro intromitti, denegauit Petrus ppter crebra fūta  
 quē ip̄e fecisset, vti cōsueuissent sarcinatores. Ille suppli  
 citer rogauit misericordiā, seq; fessum nō posse longius  
 p̄gredi, pollicit⁹ est se tñ post fornacē velle delitescere,  
 sordidissimaq; queq; officia obitur, qd tandē multis p̄  
 cibis impetrauit. Cum autem semel coelestis īmpator cum  
 toto cœlico exercitu, in quendā ortum extra celū pro sa  
 latio secessisset, remāsit solus ille sarcitor, qui cū in absen  
 tia domini & oīm seruor̄, cuncta loca plustrasset, Deue  
 nit tādem ad soliū supremi regis, vbi cum oīa mortalitā  
 facta cōspicere posset. Vidi quādam vetulā alteri in lia  
 quido rīo lauanti, vestes clam furari, vnde indignatus  
 (in seipso expertus q̄ graue peccatū esset furtum) scabel  
 lum quod sub pedibus habebat, in vetulam furantem  
 cōcīebat. Dum autem reuerteretur rex summus, & scabel  
 lum deesse vidisset, quēsiuit q̄s amouisset, repperit tan  
 dem sarcitorē, a quo cum causam audiuisset, dixit. O fili  
 si mihi vltio & vidi cīta tam cordi fuisse quam tibi, iam  
 oīl nec suppedanea, nec sellas, nec scamna haberem.  
 Ad quod alludit Ouidius. Si quoties peccant hoīes sua  
 fulmina mittat Iuppiter, exīguo tēpore īermis erit.

Aliud.

Erat quidā Laterarius artifex qui cū in summa infira  
 mitate peccata cuiidā sacerdoti confiteret, nec offensam  
 īimicis & hostibus cōdonare & remittere vellet. Dixit  
 sacerdos. Nisi hoc feceris rapieris ad inferos. Si ita est,  
 respondit laterarius. Discede protinus a me, nō est opus,  
 extrema vñctiōne. Congentur enim me deuorare inferi  
 in nomine mille diabolorum (vti mos est nostris iurandi)  
 crudum & inuinctum.

# BEBELIANAE

## Facetia de dominatione mulierum.

In die Resurrectionis dominicæ cōcionator quidam Vuablingensis (vt plerumq; eo die aliquid iocī ac facētiarum inter concionādum afferri solet) carmen triumphale Salvatoris nostri, illi viro demandabat inchoans dum, qui domi suæ imperaret nō vxor, sed cum diu neminē inueniret, exclamauit. Proh deo! atq; hoīm fidē, refrixit ne adeo anūs virilis in vobis oībus, vt nemo viriliter imperet. Tandē unus rei indignitate motus incepit, quē tādem oēs cōmumiter viri tanq; virilis honoris vindicatorē ad coniuuiū deduxerunt, & summa liberalitate, ac reuerētia tractauerunt, qm omnibus viris decori & honestati fuisset, hoc aut anno scilicet M.d.vi. in Monasterio marchtello in ripa Danubij sito, hoc idem fecit quidam frater ordinis predicatorum. Sed cum nullus virorum incipere vellet, iussit incipere mulieres quae imperium domus agerent. Vbi protinus omnes de principatu contendentes incepertunt.

Dictum domini Bernardi Recz.

Disputauimus aliquā de ordinib⁹ & statibus, vt dicit hoīm, quā longe vniuersitati suis institutis veterūq; probitaterecesserit. Cunq; dixissent aliq; rusticos maiori integritate viuere, q; ullū aliud hoīm genus. Subiunxit dñs Bernardus Recz meus hospes, sibi & qssimos videri balneatores, quoniam pauperi vt diuiti aequis portionibus calorem in balneo administrarent.

Notabile dictum.

Conradus Vuilensis dixit mihi aliquā in cōuiuio quodam se vindicatur gladio mortem cuiusdam amici sui. In occidente eo qui adolescentiorem iam pridem duxisset uxorem, Zelotipusq; summus esset. Oh sines eum vivere dixi, vivit enim in poenaniā suā. Consultius enim

Bb ij

## FA C E T I A E

tibi est, vt decem annos vel plures etiam in summis perturbationibus, & continuis curis vivat q̄ vna hora omnes dolores finiat. Durissimā enim crucem suffert qui Zelotipus suspiciosusq; maritus est.

Zelotipus  
nō Zelotipus  
tulit fortis Pulchrū factum cuiusdā militis Tubingēsis.

Conradus collicul⁹ Tubingēsis inter pfectos cohortum Cesaris Maximiliani semp augusti in expeditione vngarica. animi magnitudine insignis, cū in castris supinus iaceret in stramine nihil sinistri suspicatus, supuenit alter miles, cui Conradus aliquādo iniuriam intulerat, qui cū illum in tergo iacentē inuenisset, germanica animi nobilitate & magnitudine vsus dixit, nisi iaceres egote gladio transfoderem, subiūxit Conradus. non vis maledere nisi stantem & paratū, & ille annuisset, quoniam turpe duceret quemq; parū viriliter adoriri aut inermē cōficerē. Nunq; igitur hac nocte surgam inquit Conradus, sed postridie alterum cuspipe transfixit.

Pulchra historia simplicis pfecti & furis.

Dñi mei de Stoessel libere & excellētis nobilitatis q̄ barones vocant, habuerunt pfectum rusticorū quē vulgus scultetū nominat mihi notū. Is eum olīm quendā furti accusatū & cōuictū iam ad crucis tormentū dānas set, prius rustica simplicitate ad sacrā ædem misit vt peccata sua cōfiteret, accepta prius fidē vt post confessionē reuerteret, ille intrauit qđem cōfessusq; est, et nō attenta ecclesiastica immunitate, vbi salu⁹ esse potuit. Fidē pfecto seruauit, regressusq; & se religari passus ad ultimū suppliciū, pfect⁹ est. Tanta autē animi alacritate ad patibulū ascendit, vt mortē desiderāter sitiuisse crederetur, mihi ab infantia notus. Sacerdoti autē cui confessus erat plurimi improperebant, q̄ hominem imprudētem non admonuisset, ne ecclesiasticam libertatem exiret.

# BEBELIANAE

## Fabula pulcherrima de fatuo rustico.

Cuidā dītissimā vīdue vnic<sup>o</sup> erat filius, sed crassō pe  
cuarioc<sup>z</sup> īgeniō, oīmc<sup>z</sup> stultissimus, qui cum in vīcinia  
quandā vīrginē nobilē efflīctim deperīret, petit illam  
sībi dari vxore, parentes vīrginis et si nobiles essent, ino  
pīa tñ & angustia rei domēsticæ pīebantur, nec<sup>z</sup> facile  
eorundē nataliū filiæ vīrū deligere potuerūt, vnde opū  
lentia rustici permotī, non difficulter sunt pīcibus rustici  
assensi. Mater aut̄ illius stulticię gnatī consciā, veritā ne  
propter incompositos mores vīrgo illū negligeret atq<sup>z</sup> fa  
stidiret, curiose satis qbus moribus esse debeat īstituit  
Et cum primū fatuus vīrginē adīsset cōciliāndī amoris  
gratia, vīrgo abeuntē chirothecis donauit ex aluta, hoc  
est tenuioribus pellibus cōfecti s, qui cū indutus abiret,  
imbris tēpestate ī nihilū redēgit. Vnde mater eum cor  
ripiens aiebat, debebas fili thecas cōplicasse atq<sup>z</sup> pecto  
rali īnuoluisse. At ille secundo vīrginē accedens. Accipi  
tre donatus est, abiens ergo & maternē īstitutiōis me  
mor eundē pectorali īnuoluit, qui cū matri munus ostē  
dere vellet, mortuū accipitrem eduxit, quē rursus mater  
castigans ait, eundē manibus gestandū fuisse. Tertio cū  
vīrginē salutasset, nec pri<sup>o</sup> thecas, aut accipitrē curasset,  
donauit eū illa cribro frumētarīo, ex pīcepto matris. abi  
ter s hoc īneptū capitulum cribrū sup̄ manib<sup>z</sup> vti acci  
pitrē debuisset, gestauit, matre iterū docente, idē equinę  
caudæ appendi debuisse tenacissimā memorie cōmens  
dauit. Ultimo vīrgo desperatos hoīs mores cōtemptui  
hīs eum larido cōdonauit, qd ille abiēs caudæ aequi ap  
pendit, in diuersasq<sup>z</sup> partes antebr<sup>z</sup> domū veniret, per ru  
bos & fentes discerp̄it. Tandē mater yita ne filius pro  
pter incompositos mores oīno repudiaretur, custodīam  
domus illi cōmisit, ipsaq<sup>z</sup> ad parentes vīrginis profecta

B ij



## FACETIAE

est, obtinuitq; vt dies nuptiar; diceret, filio tñ mandata dedit, ne quid interea turbaz domi ficeret, hac abeūte, ipse se in apothecas vinariás cōtulit, vínūq; depromere volens, totū vas in paumentū profudit, qd ne mater videret vini profluuiū tosto farre & quidē plurimo cōstra uit. Deinde in coenaculū diuertēs, & insolēter ingressus anserem incubantē exterruit qui clamitās gag gag gag stulto timorē incussit, quasi diceret. Ich vuils sagē. i. ego volo dicere, quare anserē arripiēs q; se dictur; pollicere tur, q; in cellis vinarijs egisset, obtrūcaut, seq; & totum corpus p̄tinus melle qd in propinquō vasculo inuenies bat collinuit, cōtractis vndiq; ex puluinatibus plumis ex mellis natura, in locū anseris incubandi gratia conſdit. Matre itaq; ex arce virginis domū repedāte, filium more anseris incubantē repperit, que dum hostiū pulsas set filiūq; vocasset, Respondit filius, gagag, quasi voce & incubatiōe anseris officio fungeretur, tandem relicta cauea, multis minis & interminatiōibus matrē intromisit, quā cum nuptura virgo illico subsequeret, illa omnia incomoda quæ interim cōmiserat indulgendo, illum instituit quibus moribus sponsa esset salutanda, Vt scilicet oculos hilare & comiter in eam coniūceret, at ille hac adueniēte, maternis ouibus vniuersis & multis oculos eruit, omnesq; illos in faciem vīrgīnis projecit, sic enim oculos in illam coniūciendos esse putauit, Nihilominus diuitię optimum amoris vīnculum matrimonium procurauerunt, quæ cui suppetunt, nobilitatem, formam, prudentiam, & cuncta alia donant.

Alia consimilis.

Alius nō minus stupidus atq; diues, cū ei pulra puerla despoundsa esset, iamq; de dote & similibus tractatur in p̄sentiā amicor; sponsi & sponsæ, ille nihil ea-

## BEBELIANAE

cum quæ dicebant aduertens, semp muscaꝝ tantū vola  
tus considerabat, & cū serio quo modo sibi res placeret  
interrogaret, nihil respondebat, sed muscis intentus di-  
xit. o ꝑ magna ibi musca, & nūc ad aliā conuersus, Vi-  
dete, inquit, ibi multo maior est, atqꝫ per totū negocium  
ipse tantum muscaꝝ res expediebat. Verū diuitiæ eius  
nuptias pcurauerunt, qui postridie in domū sponsæ ad  
cœnā inuocatus, cū eis essent scriblitæ appositæ, & alij  
cōiuæ illas modeste in partes scindētes comederēt, ille  
rusticus vnā toram tamqꝫ in fascē conuoluēs ori intrusit,  
adeo vt summo anhelitu deglutire cogerebꝫ, & domū re-  
diens, reqꝫ cū matre cōmunicata acriter castigat ab illa,  
atqꝫ in partes fuisse illas scindendas admonet, quod me  
moriæ cōmendat, atqꝫ paulo post rursus inuitatus, cum  
ei lentes essent appositæ, illas in quattuor ptes discidit,  
atqꝫ vnā post aliā absumit, reuersusqꝫ domū, suam matr̄  
urbanitatē, alioꝝ vero rusticitatē narravit, qꝫ alij in nu-  
meras simul lentes comedissent, ipse singulas particula-  
tim, sed multo acrius de imperitia castigatus, a matre iu-  
betur, imaginē ab hoībus esse accipiendā, vt ita dicam,  
hoc est, cōformare se debuisse moribus aliorū hominū,  
verū ipse intellexit effigiē alicuius sancti vel Christi no-  
stri esse accipiendā, atqꝫ dum dice dñica ḡdes sacra esset  
frequētissima hoībus, nam & diuina officia celebraban-  
tur, ille stupidus asellus cōcitatis pedibꝫ templū ingresa-  
sus, atqꝫ ex pximō sibi altari ligneā crucifixi effigiē ab-  
cipiens, velocissime se cōmendat fugæ, vnde hoīes fu-  
rem esse rati turmatim inseguunt, atqꝫ illū consecuti ver-  
beribusqꝫ effictim cesum de furto accusant, ille flēs ma-  
trē non se fuisse verberandū contestat, quoniā ei pcepis-  
set imaginē esse apud hoīnes accipiendā, Sed cum post  
nuptias iam aliquā nocte cū uxore accubuisset, nec illā,

# FACETIAE

11  
vlo modo contrectaret, illa tandem sumpto anno dixit. o  
bone marite, qñ semel lætabimur, intelligēs congressū  
venereo, ad hoc ille, o bona dñā, inquit, cras, pfecto, cu  
rabo em vt lac nobis recens assit cū candidissimo tener  
ismoq; pane, qd ille vnicū gaudium existimauit, vt ret  
ulit mihi Andreas Matthiae pistor, & caupo in hutten,  
hoc est, casula q̄ est villula infra arcē Iustīngēsem.

De quodam imperito sacerdote historia.

Dūm in libro cuiusdā sacerdotis cōtinereſ festū con  
ceptiōis virginalis celebrandū vtī festū nativitatī mus  
tādo tantū nativitatē in conceptionē. Sacerdos ille cum  
peruenisset ad euangeliū vbi dicit. Abraam autē genuit  
Isaac, Isaac autē genuit Iacob &c. Ipse cōmutādo festum  
cōceptionis legebatur. Abraā autē cōcepit Isaac, Isaac autē  
cōcepit Iacob, Iacob autē cōcepit &c. Cum autē reprehen  
deret a quibusdā, Vultis vos (inquit) corrīgere sacrā scri  
pturam? Videte Breuiariū meum. Illi viſo breuiario, &  
stulticia hoīs industrīā illius effuse laudauerunt.

Fabula de adultera.

Habebat quidā rusticus vxorem impudicā, multisq; adulterijs famosam, quā rem maritus egerrime ferēs ad  
socerū detulit, repudiaturūq; cā minitatus est. Socer cō  
solatus genero, equo sis animo ait, si nascē eam suis mori  
bus vtī ad aliquid tempus, reuocabitur em aliquid  
ad pudorem & continentiam, sicuti & mater eius vxor  
mea. quæ cum in viridiori ætate h̄sdem criminibus ob  
noxia esset, attamen nunc in prouecto æuo est omnium  
castissima, ita & spes firmissima est de filia.

De Lolhardo.

Vidimus nuper begardū, siue Lolhardū siluestrē pro  
missa barba insignē, qui cū multæ sanctimonīæ ab aliis  
quibus p̄dicaret, surrexit unus ex nostris qui parvā exis

## BEBELIANAE

Stimulationem tribuebat vniuersis illis fratricellis dices:  
Vnde sanctitatē auguramini, an ex promissa barba nō  
est sic o simplices sodales. Si enim barba probitatem ad-  
deret, hircus esset vel omnium probissimus.

### De contemptoribus poetices.

Exposuit mihi iampridē unus discipulus meorum,  
quoniā multi eum odio psequerent q deditus esset filius  
dīs humanitatis. Quæsiū an ne docti negauit, verū ru-  
des esse, a musisq & gratijs penit⁹ alienos. Tū ego. Ne  
scis dicebā scientiā nō h̄e inimicos nisi ignorātes eam,  
vt est in veteri proverbiō, vnde nequaq̄ perturbari dixi  
debes, faciunt em sicut olīm Vulpecula quædam, quæ  
cum pīrī arborem cauda tentaret mouēdo vt pīra cade-  
rent, & frustra mouisset, q̄a nulla cadebat, dixisse fertur.  
O q̄ amara sunt ista pīra, ego nunq̄ manducare potuīs-  
sem. Subiūxit alter eandē vulpem olīm ad multa milia  
passuum asinum secutā esse, q̄ testiculos eius qui casuris  
similes videbantur speraret, & cum tandem spe sua fru-  
stratam se videret dixisse. O q̄ nigrī snt & foetidi, ego  
nunq̄ illos esse potuisse. Sic pfecto fit, nemo doctus  
& disertus vñq̄ vitupauit poeticam & studia humani-  
tatis, sed solum illis nigra snt & contemptui, qui nihil  
neq̄ legerunt, neq̄ dīcicerūt, quib⁹ natura inuidit, alii  
quid egregium intueri & cognoscere. Sed quib⁹ profe-  
cto non inuideo suam ignorantiam.

### De Histrione.

Quidā histrio cū noctu quosdā fures in domo sua de-  
prehēdisset, ait ad illos. Nescio qd vos nocte hic inueni  
revelitis, cum serenodie ego nihil inuenire possim.

### De quodam equum emente,

Quidā emens equū quæsiuit a venditore, an valeret.  
Respondente venditore valere. Quæsiuit cur venderet?

Cc

## FACETIAE

Respondit ille, quia nimiris comedederet, quē ipse pauper  
egre aleret, quārente emptore de alijs malis conditionis  
bus. Respondit venditor. Nullā aliam habere q̄d q̄ non  
ascendat arbores. Cum autem emptor domum rediret,  
atq̄ equum om̄es mordentem videret, dixit verum esse,  
q̄ nimiris comedat. Posthac veniēs ad ligneum pontem  
non potuit equum compellere ut trāsiret pontem, inde  
inueniēt equum non ascendere arbores.

De quodā in tempestate maris dephenso.

Quidam orta tempestate in mari, cœpit audīssime  
comedere carnes salitas, dicēs hodie plus se habiturum  
ad bibendum q̄d nunq̄ antea.

De alio.

Alius cū coorta tēpestate vniuersi res ponderosiores  
in mare p̄ijcere iuberent, vxorē suam in mare primā pro  
iecit, nullam se grauiorem rem habere testatus,

De concubina sacerdotis.

Dixerunt maiores nostri, tempore melioris & probis  
oris æui concubinas sacerdotum in aere, a dæmonibus  
non aliter q̄d feras sylvestres a canibus venaticis agitari  
atq̄ tandem discerptas inueniri, q̄ s̄i hoīm quispiam hæc  
audiens venationem suo clamore adiuuerit illi partem  
vel membrum concubinę dissectum ad ianuam domus  
mane a dæmonibus suspensum. Vnde cum nuper quis  
dam sacerdos concubinæ suæ totus deditus ad q̄d arbis  
trium illius omnia faciens, præfectum pagi cuiusdā ro  
gasset, vt pro solatio eos in rheda per niuem veheret, vt  
mos est nostris hiemali tempore & diebus stultificis ca  
nis priuij. hæc cū fierent, prosiliij quædā mulier & dixit,  
olim dæmones in aera vexisse meretrices sacerdotales,  
nunc hoc facere in altis curribus præfectos & potentes  
huius mundi, atq̄ omnia præpostere fieri.

# BEBELIANAE

De quodam abbatे.

Quidā abbas quandā puellā deuīrgināuit, cui⁹ facie  
ratē cum cœpisset, expulit eam īdotatā & reþ oīm ege  
nam a se, q̄ repulsam, ægestatem atq; pphanaṭā pudicis  
tiā ægrefēs herū & dñm suum naturalē (vt loquimur)  
adiuit, hoīem nobilē, & mihi notissimū, cui conqueritur  
rem gestā, nobilis cum nec precibus, nec mīnis per īter  
nūcios pro vītio vīrginīs quicq; extorquere posset, Tan  
dem & ipse abbatē accessit, atq; vīrginī quadraginta au  
reos summa acerbitate postulauit, abbas tīmens homī  
nis sibi noti ferocitatē, iracundiam et pertinaciam, dixit  
in suis statutis & regula (vt ipsi loquuntur) cōtineri, p stu  
pro nulli puellæ vltra vīgitī autreos dari debere. Cui nō  
bīlis. In regula vestra hoc cōtinetur: Proh deoþ atq; ho  
mīnū fidem, q̄ est ista regula, quæ relīgio, q̄ non de cōti  
nētia et sanctimonīa vitæ, sed de turpitudīe instituta de  
dit, pereā nīsi summus nebulo impostorq; pfanus fuerit  
talīs institutor. Cui abbas. Nolī inquit in tā sanctos pa  
tres acerbius loqui, p̄sertim cum summi pōtificis cōsen  
sus & cōfirmatio accesserit. Ad hoc nobilis. Per pellem  
dei (ita em̄ quibusdā iurare mos est) nec patres, nec papa  
probus. Et quid ad me? quid papa tibi cōcesserit; confir  
maui ne ego. Vt aliquid vobis papa in meū, meorumq;  
preiudiciū & iacturā concesserit; nō sic pater sancte, q̄  
re nīsi breui satisficeris mihi, nec papa, nec regula tua sa  
tis te defendet. Atq; ita abiens publicas īnīcītias ab  
batī indixit, nec ante recōciliatus est q̄ abbas centū au  
reos, domū atq; rustica prēdia puellæ ī dotem dederit,  
dum ī principio vltra. x. aureos non postulauerit,

Pulchra cōtentio duar̄ muliercularum.

Nouī mulierem satīs īperitā verbosam tamen, quæ  
cum cōtenderet cum alia de ablata quadā lana, dixisset

Cc ij

## FACE TIAE

q; ad alterā. Tu es meretrix & fur, subiungit postremo,  
Et ego scio me tam bonam & probam q; tu es. Risimus  
omnes dum prius illam meretricem et furem nōminas-  
set, & tandem se ei compararet.

Facetia de quodā viatore ruffo & caupone.

Fuit quidā caupo ruffus, ad quē diuertēs quidā viator  
m̄to ruffior, depositū apud eū viginti aureos nūmos, at  
q; post paucā morā repetiuit. Caupo admirat⁹, cur tam  
cito repeteret pecunias, dixit. Cur reposcīs cū nondū ve-  
lis abire? Rñdīt viator, q; a ruffus esset q; eēt mala natura  
iuxta hūc versū. Raro breues humiles vidi, ruffos q; fide-  
les. At caupo tu me m̄to ruffior īq̄t, ad hoc viator bā  
est. Eo melius te nosco, naturā tuā ex mea dījudico.

De alio ruffo.

Solēt nostri dicere postq; vidēt ruffum hoīem. Ille es-  
set malus caminarius, hoc est ille qui caminē mundaret  
cum queritur ratio, dicūt, nam si caput extra caminū  
erigeret, crederent rustici esse ignem, atq; vndiq; cōcur-  
serent pulsarentq; campanā quam vocāt, quæ tumultus  
vel necessitatis gratia homines conuocat.

De alio lugente.

Cum nuper ī ieūnio anno. M.D. VI. haberem⁹ alis  
quot cōuiuæ rusticū Vuijpergensem hospitē, qui habe-  
bat pmissam & ruffam barbā, quēsui cur deferret. Re-  
spondit, quia lugeret socerū. Ego dixi nullo modo, nam  
is color ruffus scilicet non ad luctum, sed ad lēticīā ad-  
hiberi solet. Vnde omnes coniuuæ sunt non mediocri-  
ter ad risum cōmoti, ille agresti simplicitate ī pudore  
versus dixit. Verum quidē est, attamen ita male me ha-  
bet ī ruffa barba sicut alium ī nigra.

De quibusdam simplicib⁹ rusticis,

Prope patriā meā est vicus agrestis noīe Mundinga,

## BEBELIANAE

istic dicunt in primis esse simplices rustici, illorum unus se  
mel ad forū Ehingēse pfectus, cum domū rediret, audis  
uit in cōfinib[us] duos cuculos sibj[n]i cōsiderat, uno cātu rīden  
tes. Erat autē vno in sylua Mūdigensiū, alter in sylua fini  
timae villæ. Et cū cuculus alterius sylue suū clamore sus  
perare videretur, ille dimisso equo cui insidebat, ascēdit  
arborē, atq[ue] suū cuculū stridore illo incōposito adiuua  
bat. Interim lupus equū illius deuorauit, quare rusticus  
repedans domū, suis cōpaganis cōquestus est, quō pro  
pter reipub. honorem & cōmunis ornamenti gratia, q[uod]  
suum cuculū iuuisset, accepisset hinc nō mediocre dam  
num, vnde illi cōsensu cōmuni & impensis, damnū illi  
us subleuauerunt, indignū iudicantes, vt qui pro salute  
& honore publico laborasset, inde iacturā pateretur.

De ijsdem.

Idem rusticus cum haberent saltuariū, & illum qui fru  
ges cōseruaret in agris, ægre tulerūt, q[uod] pedibus fruges  
cōtereret, atq[ue] communī consilio statuerūt, vt quattuor  
eum stipitibus & vallis portarent, nō intelligētes quat  
tuor plus nocere q[uod] vnu. Hec et alia plura fecisse dicunt,  
quæ suo tempore posteritatē prodemus.

De quodam lanceario.

In bello Heluetior[um] erat quidā lancearius miles noīe  
Matthēus Bulachius. Is cum vidisset rusticos minus ad  
bella idoneos (qui sericos panniculos per pilea implicā  
re solent) dicere solebat. Vos eritis milites mei, cum illi  
interrogassent quare? Ille subiunxit. Da vuaīs ich ain  
heczēn nest auf ainer aich die vuill ich morn aufz ne  
men vnd sturmen. Id est ego scio nidum pīcæ alītis in al  
ta quercu, hanc ego oppugnabo cras, atq[ue] nidum spolia  
bo, designans eos esse homines imperitos, & sylvestres  
non aptos ad bella.

Cc iiij

# FACETIAE

De Paulo Vuust.

Paulus Vuust. i. impur<sup>o</sup> ex incōditis salibus & scom  
matibus cognominatus, cum Eberhardus princeps nos-  
ster barbatus rogasset eū ut siuus familiaris esset. Respō-  
dit pater meus procreauit sibi propriū fatuū, tu si vis  
vnū habere facias tibijpsi sicut pater meus fecit.

De quodam rustico.

Ego nosco rusticū qui cum esset factus pfectus pagi  
sui, quē nostri barbare scultetum vocāt, venit nō longo  
post tpe ad balneū in Minsingēse oppidulū. Cūq; ibi in  
uenisset quēdam quo cū olim equos pauisset dixit inter  
cetera (cum ille gratulatus esset ei de pfectura adepta)  
quis estimasset vñq; bone amice dum eramus hippo-  
ni, hoc est equor<sup>o</sup> pastores, quod ego indignus pfectus  
factus aliquādo essem, credens se tam grādi in magistra-  
tu collocatum, vt singulare etiā augurio & fortuna opus  
fuerit, cum vltra nouem rusticis non fuerit ppositus.

Aliud.

Fuit mulier quæ cum recentem iam puerum peperis-  
set, ceteræq; mulieres gratularentur ei dicerentq; (vt fit)  
puerum om̄ino patrī similem. interrogauit an etiam ras-  
suram haberet in capite, designans sacerdotis esse filiū,  
& ita se, & adulterium suum notum fecit.

Historia de studente.

Ego habui an aliquot annos cōterraneū schelcklingē-  
sem in studio nro Tubingensi qui cū aliquoties ad gras-  
dum baccalaureat<sup>o</sup>, vt vocāt aspirasset, nec vñq; obtine-  
re potuerit, tandem spe om̄i ablata dixit non est necesse vt  
stiam baccalaureus. Nam & Christus habuit duodecim  
discipulos, & tamen nullus eorū fuit baccalaureus.

De auaro sacerdote.

Fuit mihi aliquā contētio cū auaro sacerdote, quō diui-

## BEEELIANAE

tiae essent maximū impedimentū ad beatitudinē conseq<sup>u</sup>endā. Et quō vita & doctrinis Christus semp detestatus fuerit diuitias mūdi, adeo vt diceret. Quicūq; se vel let sequi, relinquere oia, & cum plura in eā sūmā dixis sem. Dixit ille tandem cōmotus. Christus facile potuit cōtemnere opes dum nō indigeret, q; si oia coactus fuisset mercari sicuti ego ip̄e, pfecto nunq; dixisset ita. Et cum dixisse in deū esse confidendū, vt apostoli et martyres fecerunt, q;m neminem desereret, dixit ille sacerdos. Ea cōfidentia se ita delusum esse s̄ape, vt extremā famē tolerasset, ita vt nisi p̄pria industria sibijsi subuenisset, fame perijset. Quare(aiebat)nemo debet nīmū confider in deum, q;m si subuenit hoc tamen tarde facit.

Facetum dictum.

Cum aliquando diceremus de efficacia dominice orationis. Subiunxit quidam ex tempore, apud se hanc oratiōem nullas habere vires, & cum interrogaretur causam dixit. Nam quotidie ego dimitto debitoribus meis sed nullus mihi debita mea dimittit. Ideo frustra oro dimittit nobis debita nostra, sicut & nos dī. de,

Confessio lancearij seni monacho.

Ego tempore quando Suevi & cæteri lancearij milis tabant in inferiori germania pro MAXIMiliano Cæsarē cōtra Brugenses, Quidā lancearius monacho ad modum seni Coloniæ Agrippinæ est cōfessus, & inter cetera dixit se habuisse rem teutonicę mitainer nonnen, q;d significat apd' nos & sanctimonialē & porcā castratam monach⁹ intelligēs porcā esse, dixit illum esse hæreticū & pessimū, nec se habere facultatem absoluēdi. Lancearius aut̄ intelligens errorē noīs dixit sanctimonialē esse atq; eo noīe nominari in patria sua, & nō esse porcā. q;d audiēs frater, q;a mulier fuisset, dixit. Bene actū est si est

Cc iij

mulier, sed ego profecto nihil plus possum, dolenter ex  
primens suam impotentiam.

Alter Romano sacerdoti confitebatur se Beguttam  
cognouisse, quæsiuit presbyter, Quid est begutta, igno-  
rabat enim quid esset begutta, cui ille. Est animal, quæsi-  
uit sacerdos. Quale animal? Respondit, est mulier. At  
ille, si est mulier, fortiter in eam.

De quodam lanceario.

In eadem militia meruit ad aliquot annos mihi nos-  
tissimus, qui cum ad duos annos ab uxore absfuerit, ipa-  
nihilominus puerum peperit, quod vbiq; narrare sole-  
bat se habere foetusam & fructiferam mulierem, quæ  
se etiam absente pueros gigneret.

De quodam sacerdote.

Notissim⁹ est mihi sacerdos, cui cū semel rusticus cō-  
siteretur peccata, p̄ter cōfessa noluit eum absoluere, qm̄  
secum publicos peccatores detineret. Rusticus obstupe-  
factus negauit, ille cōstanter affirmauit, qm̄ iuuencum  
admissariū aleret (quoniā rusticī publice alunt pro vac-  
cis talem iuuencū causa proliis procreandæ) nec nisi cō-  
silio doctiorum illum tandem absoluīt.

Aliud.

Idem cū ei in Hechinga oppidulo suspecta mulier vel  
let cōsideri, clamauit, vade, pcul nolo te audīr. Cum illa  
trepide cām q̄reret, dixit. Quia et ego te futuā, in hoc cō  
mēdandus, q̄a noluit pprias oues deuorare sicut multi  
faciunt. Idem cum cōtenderet ybis cum alio sacerdote,  
etiā mihi noto, dixit illum secum habere concubinam.  
Illo negante dixit. Verum est, quia tu es mihi confessus  
multa inepta alia fecit quæ olīm narrabuntur.

De alio sacerdote.

Puderet me pfecto prodere tot sacerdotum ineptias,

# BEBELIANAE

W

nisi ipsi nō puderet talia facere, Noui alii sacerdotem  
qui cum nocturnis cōmissionibus cum rusticis potas-  
set, cōuenerunt ut eductis virilibus, quicunq; in ea sups-  
pellectile magis instructus esset, ut vniuersum simbolū  
solueret, Sacerdos obtinuit principatum, atq; hoc publi-  
ce apud me, & alios inter laudes suas factauit, sibiq; po-  
stea apud mulieres multū profuisse gloriatus est, ab epi-  
scopo tamen decem aureis mulctatus est.

## De rustico.

Noui rusticum qui pingue facere cupiens porcū tan-  
tum illi in die cibum bis porrexit, & cum semper macra  
manneret, indignatus ille conqstus est vicino, a quo cum  
correptus esset q; nō bis, sed ter vel amplius deberet pa-  
stū porrigerere. Respondit rusticus ter vel amplius? Nul-  
lo modo, quoniam ego homo cum maximis laboribus  
contentus sum bis comedere in die, credens hominem  
laboriosum plus debere comedere q; porcum.

## De quodam equite aurato.

Guilielmus Stadioneñ. Eques auratus cū alijs in alias  
nis diuersorij quereret de lautis coenis, ipse tantum de  
optimo lecto & mundis lintheis quæsiuit, dicens. Coe-  
nam vix ad horam durare, Soporem autem & quietem  
nocturnam ad septem vel octo horas.

## De quodam nobili.

Iacuit nuper mecum quidā nobilis scholasticus, quem  
cum saepe adhortatus essem, ut in honore tantæ festivitatis  
(erat enim nativitas Beatæ virginis) maturius surge-  
ret, atq; in fanum properaret, quæsiuit ille (ignarus qua-  
lis dies esset) an festum circuncisionis Beatæ virginis ce-  
lebraretur, quod tantam præbuit omnibus audientibus  
ridendi materiā, ut pene in prouerbium verteretur.

## De quodam sacerdote.

Cc v

## FACETIAS

Sacerdos quidā notissimus noīe Fysilinus, cū esset cōduct⁹ ab Anchantinopolitanis p̄ eleemosynis cōquirēs dīs ad fraternitatē sancti Sebastiani, quē religiose colūt & aliquis quesiuisset qđ esset salariū eius annuū, & ipse vigīti aureos rñdisset, subiūxit alter nimis tenue ēē. Ad hoc Fysilinus, varia sunt emolumenta mortaliū, nam q̄ mihi donātur, & q̄ furto conquirō etiā mea sunt. Bonus est insuper sanctus Sebastianus, quamcunq̄ inter me & eum diuisionem facio, semper silet & cōtentus est.

De eodem.

Idem cum semel ad tabernā meritorīā diuertisset atq̄ Caupo in ollā fornacis mingeret, q̄siuit cur hoc faceret, Rñdit Caupo, quia cras esset emigraturus. Fysilinus q̄prīmā Caupo abiisset, cacauit post fornacem, Inde post q̄ Caupo rediisset, atq̄ fetore detestato cur illuc cacaret interrogaret, Respondit sacerdos, tu ppter ea q̄ cras vis abire minxisti in ollam minus curans domus ornamen tum. Ego quia hodie abibo multominus curauī, Ideoq̄ cacauī, vt domum relinquerem fœtidorem.

De eodem.

Idem cum semel ad principē nostrum barbatum venisset, peteretq; sacerdotium quoddā, atq; beneficium quod vocant. Princeps cui inuisa erat leuitas hominis, si mille inquit vacarent mihi beneficia, ego minimū tibi non conferrem. Ad quod ille libere, & euestigio respon dit, si milies diuina celebraturus sit, nunq̄ illius se recordaturum, neq; pro eius salute oraturum.

De eodem.

Idem cū tempe pestis in viculo quasdā reliquias sanctorū circūferret quo cunq; puenerat, p̄dicauit cunctis gentibus, et pollūcitus est sancte, quicūq; osculatus esset eius reliquias, eo āno nunq̄ peste moriturū, vnde multā

## BEBELIANAS

pecunia a rusticis corrasit. Tadem admonitus a quodam doctore, ne haec tam absonta diceret, aut platem ad falsam credulitatem induceret, aut unde hanc vanam persuasiōem hauriret, Respondit promptissime, ego bene dixi, quicquid reliquias osculatus fuerit ille liber sit a peste, sed rusticis visum tamen osculantur non reliquias, finerem enim rusticos (ut eius verbis loquar) diabolo deuoueri antecepit mihi oscularentur reliquias meas, quas tamen multi credunt esse equorum, aut asinorum ossa.

De eodem.

Idem cum semel ex sacco suo vellet depromere reliquias quibus rusticos decipiebat, nihil inuenit nisi foenū, rusticum priori nocte reliquijs clam ablatis, iocis gratia fœnum imposuerūt. Ille extracto fœno mox ad versutum in genium versus dixit, illud esse super quo die natali in presepio requieuisset Saluator noster infans, et illius esse efficacie, ut nec adulter, nec adultera accederet auderet. Unde & si multis mendaciis visum fuerit, ne tamen quisque in suspicione veniret adulterij, turmatim mulieres & viri accesserunt, fœnum oblationibus venerantes.

De eodem.

Idem depositus cum hospita pro lautissimo prædio, quæ et ea ipsa suum altare accederet, et obtinuit. Nam hospita maius soluere prandium quod esse in suspicione adulterij, cuius ille insimul aut oes quæ eius reliquias non veneraretur.

De stationario quodam.

Alter ex his quæ non in stationarios vocant, cum pro furatis reliquijs carbones inueniret, eductis illis dixit eos esse quibus sanctus Laurentius esset combustus, tanta enim est nequitia illorum hominum, ut nihil non audeant ementiri.

Historia.

Audiui nuper quandam fuisse controversiam inter sacer-

## FACETIAE

dotē & rusticū. Nam cū rusticus dixisset sacerdoti infestus h̄e se asinū sacerdote illo prudentiore, item regnū celorum in sua domo tenere vel infernū, vtrum ipse velit. Itē deum facere quicquid vellet ip̄e rusticus. Accusatus est a sacerdote apud p̄fectum villæ, tanq̄ impius, & de fide suspectus & contumeliosus, q̄ asinum prudentiorē rem se dixisset, rusticus publice accusatus & ad excusationem admissus, ita defendebat se. Primum bene dixi ait, Asinū meum parætiano nostro prudentiorem, nam tantum bibit, vt solus domum repedare possit. Sacerdos autem tanto mōro se replet, vt ire non possit, neq̄ propria domū cognoscat, vtī vosip̄io iudices expientia ip̄a didicistis, & ellis mihi testes locupletissimí. Secūdo deus facit quicqd ego volo, nā quicqd deus facit hoc ego volo & debo velle, & optimū iudico. Vltimo parentes ego habeo etate cōfector, quos si pie & liberaliter foueo obseruoq; plurimū, sine dubio mihi regnū celorum iuxta sanctorum patrum traditionē polliceor. Si vero male trastauero, infernus domus mea erit. Dixit item quarto. c. aureos se alicubi reposuisse, quos nemo inuenire vel sibi furari posset, intelligens pauperibus largitos esse.

Alia historia.

Vidi hoīnem in Ruttinga oppido forma, ætate, atq; pceritate satis cōspicuū, qui cum in taberna vinaria (vt nunc mos detestādus in nr̄is regionibus inoleuit) cōpōtādo ita inebriatus esset, vt neq; pes, neq; caput suū officeret. Portareturq; manibus cōuiuari in maternā domū, illeq; matrē cōspexisset, dixit ad illam (vtī etiam me p̄sente confessus est) mater age gratias homībus ipsi portant me, quod postea in prouerbium venit,

Alia.

Federicus Tertius Romanorum imperator cum se

## BEBELIANAE

mel vētūris diceretur, in Duttingam oppidulū princi-  
pis nostri, oppidanī miserū legatos ad illum depreca-  
tes, ne ad se diuerteret quoniam pro eius magnificētia  
& honore Cæsari exhibendo non sufficerent, nec com-  
meatu, nec ædibus pro illius dignitate instructis, nihilo  
horū motus Cæsar dum in oppidulum venisset, equique  
crurum tenus in luto platæarum incederēt, dicitur Cæsar  
dixisse. Videlte ppter deum quod probi & boni sunt hi hos-  
mīnes, dum mihi & salutī meā tam bene cōsuluerunt,  
dum nobis tūmuerunt ne in luto summereremur.

Alia de rustico.

Cum cūdam rustico in mōtibus Heluetiorum vxor,  
omnesque liberi in peste obiūssent, Rusticus indignabun-  
dus. Ego semper audiui (inquit) quicquid homini chas-  
rum sit, auferat ei diabolus.

De eodem.

In ijsdem montibus rusticus (vt moris est) fœnum tor-  
rebat vt stabulo inferret, cunque nimbus supueniēs opus  
illius impediret, dixit rusticus. O bone deus committas  
precor, vt nemo te amet vt i profecto facis, credebat emin  
deum debere rationem habere fœni sui.

De mercatore & nobili.

Fuerā nuper in symposio vbi vrbaniſſimis facetijs ex-  
hilarabamur, profertim nobilis quidā mercatori illudebat  
quod sequitur in lōginque regiōes pficiceretur relicta vxore  
in ea vrbe vbi pulcherum mor adoleſcentiū maximus es-  
set cōuentus, proprie sequitur torqui vxoris cura, ne interim  
a recto itinere deuiaret, cū nobilibus aut melius agi pu-  
tabat quod se absentibus vxores cogerent esse in arcibs ses-  
clusum ab hoibus. Subiūxit facetissime mercator processe pres-  
cor, ſinas & me tecū iocari. ſcis puerbiū esse apd nos no-  
biles esse deformes et nobilitatis pedissequā deformitas

## FACETIAE

tem; et filios ciuitatis pulchros, cum ille annuisset, hec est causa inquit mercator, in absentia horum qui urbes habitat pulcherrimi iuuenes adeunt eorum uxores, vnde formosa processus generat. In nobilitate absentia, coqui & stabularii prouident vobis uxores, a quibus illa deformitas vobis inducitur, rem risu & hilaritate finiuimus.

### Historia de Iudeo.

Duces Saxonie habebant Iudeum multas rerum expiarentia insignem, quem ob eam rem multa benevolentia prosequebatur, summisque conatus studebat auocare a Iudeorum perfidia, atque ut christianus fieret multis precibus adhortabantur. Iudeus tandem illorum precibus paulisper motus dixit, se prius Romam prefecturum, ubi christianum fidei principem & mores eius cognosceret, tandem deliberaatur. Atque Romam prefectum, & mores Romanae urbis experiens, atque ad principes rediens, dixit se velle christianum fieri atque ideo, quoniam Romae tam depravati mores sunt, atque adeo omnia flagitijs & turpitudini obnoxia, ut nisi singulari veri dei auxilio, protegeremur christiani, et nisi tam deum appropinquante & propicium haberemus nobis nullo pacto res & fides nostra consistere posset.

### De nobili & monacho.

Quidam nobilis patribus nostris notissimus, atque bellator egregius, cum publicus esset cuiusdam imperialis ciuitatis hostis, atque monachum quandam ciuitatem intrare volentem apprehendisset, portantem pannos pro vestiendis cōfratribus suis. Nobilis parte panni monacho abstulit, ut & se vestiret. Monachus indignatus abiens minatus est in extremo iudicio illi pannos redditum. Quod nobilis audiens, abstulit ei reliquum pannum, atque pallium dicens. si das mihi talem, hoc est tam diuturnum terminum soluendi, ego si possem tibi etiam monasterium afferrem.

# BEBELIANAE

## De eodem.

Idem cū tractaret de pace, & cōpositione cum illa ciuitate cuius ante dixi fuisse hostem, atq; prīmores illius vrbis m̄lta milia aureor̄ pro iniuria & damno illato ab eo postularent, dicitur deprompsisse ex crumena boemī cum denarium, atq; dixisse. Vt videatis me patres esse soluendo & de soluentib; , ego modo exhibeo vobis hanc pecuniam. In posterum forsitan plus dabo, irridens vanam eorum postulationem, cui ne tota quidem familia & prosapia eius satisfacere potuisset, quorum etiam amicitiam, atq; inimicitias paruifaciebat,

## De altitudine cœli.

Concionat⁹ est paucos añ dies quidā monachus tñ esse spaciū a celo ad terrā, vt in quindecī annis lapis molaris nō caderet a celo in terrā. Hoc postea cum tractare mus in symposio, Mathematicor̄ disciplinā perscrutantes, Surrexit unus, atq; negabat monachū ver̄ dixisse. Nam nuper( inquit ) in die ascensionis dñs noster Iesus Christus a terra in celū ascendit( qd maius est ) post Nonas, voluitq; tēpestiue esse in Vesperis apud superos.

## Disputatio Iudæi & Christiani.

Matthias quidā Vlmensis( parū prudens in librīs tam biblior̄ multū exercitatus) disputās cum Iudeo de fide ei⁹ & christianoꝝ, vtra melior vel verior esset. Tandem inquit uos Iudæi nō signati baptisme in extremo iudicio sicuti canes a carnifice in vrbibus non signati, a dominiis cedemini. Nos signati, impunes erimus. Iudæus dixit. Vbi estis signati? Matthias, Caractere baptismatis, vti loquuntur theologi, qui est impressus anīabus nostris. Ad hæc Iudæ⁹. Cum in extremo iudicio aderis cum corpe, nemo poterit videre hoc signū anīę. Nos vero Iudæi sumus circūcisione & præputio signati. Cui

## FACETIAE

**Matthias.** O impudētissimū Iudeūm, velles tu ī cōtū  
summi iudicis , atq̄ tot miliū hoīm ostendere virilia, &  
pudenda educere, vade ad patibulū cum tua impudē-  
tia,atq̄ ita victor se iudice abiit.

De sacerdotum ī laicos dominatu.

Cum nuper in Monasterio ad duplices aquas Vulgo  
Zvuiuflda mentio facta fuisset de varijs mortalitū fortu-  
nis,atq̄ pontificū sacerdotūq̄ diuitijs. Surrexit Bernar-  
dus husslin Nyffensis Scriba abbatis,atq̄ in hæc verba  
locutus est. Sacerdotes & pontifices oīno oppreserunt  
nos laicos,atq̄ ad oēm seruitutē redegerunt. Primū eīm  
excogitauerunt modū,vt secreta nī a cogamur eis dice-  
re per cōfessionē,cogimur item intrare fana deoꝝ,et cū  
hoc eis pecuniā offerre,ipſi autē non ītrant nisi cū sala-  
rio,& cū ītrauerint solius laboris qđ canere debent ad  
teleuamē excogitauerūt campanas quas vocam⁹. Item  
quę organa vocamus,vt eo minus cogant cantare.Hoc  
vnū adhuc supereſt,ad quod noctu diuꝝ laborant,vt p  
eis ad īferos descendamus.Alter cum vīna libertatem  
loquēdi pariant,dixit sacerdotū tam firma esse cōiugia,  
vt dirimi non possint,nisi duobus & quadraginta vno/  
culis editiūs,quos campanatores vocāt.dum ex impro-  
viso in vnius villæ dedicationē conuenerint,illos ad o-  
mnem contractum dirimendū esſent efficacissimos. Et  
ſicut iam dīcti poſſunt irritare literas etiam signatas,ita  
etiā illi,Balneator ſclicet qui nunq̄ ſudauerit,paftor ſu-  
per quo nunq̄ pluerit,mango,hoc eſt venditor equorū,  
qui nunq̄ fuerit mentitus.auriga qui nunq̄ blaſphemā  
uerit,& molitor qui nihil ſit vnq̄ furatus.

Sacerdotis faceta Concio.

Dicīſ mihi de quodā ſacerdote,qui cū ad rūſticos ſu-  
os cōcionaretur,vehemēterq̄ eorum vitia detestaretur,

## BEBELIANAE

Et siq; inferorū mancipia affirmaret nīsi resipisceret, atq; à vītīs desisterent, Tandem subiunxisse. Cum ego venēto in regnum patrī cōclorum, dicturus est Saluator nō ster, Beneueneritis domīne Ioannes. Et ego dicā. Gnād hērr, id est gratia domino sit. Sed cū quæsierit, Vbi sunt subditi vestri, so stand ich hie als ob mir in die hand geschissen sie, id est tunc stabo ante illū tanq; mihi in manus cacatū sit. Hoc est, nescius quid agam, aut quo me vertam, dum nullum ex vobis videro.

De simplici rustico.

Quidā rusticus cū vīcīni vxoris funus efferret, accessit ad consolandū illum dicens. Doleo vicine vxorem tuā cōclos petiisse, mortem em̄ circumloqui volebat. qui vīcīn⁹ ex eadem simplicitate, habeo tibi gratias. Vtinam tu nunq; illuc peruenias.

Faceta responsio cuiusdam puellæ.

In monasterio Zvulfeldēli faber ferrari⁹ etate satis cōfectus, puellā adhuc viuentē tūc adolescentulā atq; pulchrā, cum cōtrectaret manib⁹, vt mos est libidinosę ses nectutis, atq; podicem clunesq; apprehēdisset dixit. ibi adhuc o Elisabet( sic em̄ vocabatur virgo ) multa latent praelia, venerea intelligens. Ad quæ puella, Desine ait. Svuig nun du vuirst kein ritter da. Hoc est non eris hic eques auratus, atq; nullum ibi præmium militiæ obtinebis. At credo mulierē tuam te fecisse emeritum in hac re militē. Aber so ains falcken nit hat mus es mit iſlen beif sen. Hoc est si aliquis non habet falcones (vt ita loquar) aut accipitres, cum noctuis aucupabitur.

De monachorum auaritia.

Quidā frater mendicus audiebat confessionē diuitiis hoīs in lecto decubentis, atq; agonisantis (vt ita dicā) post cōfessionē adduxit ynigenitū filium ad patrē ægro

Dd

## FACETIAE

tum, atq; de multis donis q; confratrib; suis pater legat set, narrauit pro parentalibus, p anniversario, pro sepultura, p calice, pro alijs indumentis sacerdotalibus, et multis alijs, & ad qualibet particulam q;sluit a patre, An ita es set. Rñdit egrotus, Ita, vel potius capite nutando præ infirmitate annuisse videbat. Filius perspecta infirmitate patris, qui nihil amplius curaret, aut sciret de rebus temporalibus q; dicunt, cognita fraude, atq; auaritia fratris, quæsiuit & ipe, pater, debeo fratre per cunctos gradus de iucere; Rñdit vel potius annuit pater ita. hec notetur.

Dictum Ioannis Lyphaimensis.

Cum nup diuersos volucrū cantus laudaremus dixit unus ex cōuiuis. Ego nullius estiuē volucris libētius aido cantumq; Rana, q; calorē indicat aerisq; tēperiē sine pruina. Interim Rana æstiua auis dicit Ioannis Lyphaimensis, quapropter rusticis nostris alpestribus est in proverbio Ranaq; cantum esse angelicum, A laudē diaboli cum. Hæc cantat etiam frigore, illa tantū in calore.

Fabula de simplici puella.

Fuit Friburgi (vt mihi dicitur) Matrona quedā, quę in die palmarę puellā imprimitis simplicem misit ad ædem sacram vt oraret. Cui properanti in fano, obuiam iuerunt homines cum Saluatore super asino, volentes ducere ad aliud fanū, vt moris est apud nos. Puella viso domino abeunte mox repetiuit domum, quarente Matrona cur tam cito rediret? O domina inquit, q; tempestive veni in templū, Christus enim q;primum intrarem ascenso asino voluit abiire, quo abeunte ego redi.

Fabula de lancearijs.

Quidā lancearij in prelio occisi ut seruarent etiā missitiae decorem cum rubro signo (quale pingitur Saluatoris et sancti Georgij cuius Suevi sunt signiferi veteri pte

## BEEELIANAE

Vilegio atq; ab antiquissimis temporib; latq; in ordine  
descenderunt ad inferos, dæmones videntes signū quo  
prius expugnata erant inferna claustra, omnes portas ob-  
serauerunt obijcibus, vectibus, repagulis omnia clau-  
dentes, timore nouæ expugnationis, seq; omnes ad præ-  
lium armauerunt. Lancearij accedentes sub mortis in-  
terminatōe sunt minis, atq; sagittis a portis repulsi. Ad  
quod ianitor infernus. Declinate ad dexterā O viri, cœ-  
losq; petite, nulla enim nobiscum vobis māsio dabitur.  
quibus dum semita a ianitore monstrata esset, venissent  
q; ad portas cœli, petentes intromitti, despiciens Petrus  
atq; qui essent conspicatus, Quis vos inquit huc ire ius-  
sit. Abite citius, viri enim sanguinum estis, et quia in vi-  
ta pacem nunq; amastis, indignum est ut æternam quie-  
tem possideatis. Ad quod unus illorum, ubi tādem mas-  
neamus ait. Dum prius etiam ab inferis sumus abacti.  
Huic Petrus, audisti me. Abite aut pellemini, flagitos  
si em estis & blasphemati. Ad quod lancearius indigna-  
bundus & summo clamore ait. Quid lupus vulpem de-  
preda accusat (ut est in proverbio) Nescis quid tu fece-  
ris, dominum & præceptorem tuum falso & perfide ter-  
denegasti, quod nemo nostrum unq; fecit. Vnde Petrus  
pudore persus, atq; timens ne cœlicolæ audirent, Ta-  
cete inquit boni amici atq; intrate, nunq; posthac durus  
& difficilis ero peccatoribus.

### Aliud.

Alter venit ad portas cœli non longo tempore post. Et  
cū Petrus præteritor; memor admittere vellet dixisset q;  
veni & sedeas prope vxorē tuam. Ille respōdit. Non per  
deum. Si vxor mea esset intus, ego nunq; intrabo. In vi-  
ta em nunq; quietus fui cum ea, mortuus nunc & ocio-  
sus & crebro cum ea habitans, quo modopacem habes

D d ij

## FACTIAE

re possem: atq; abiit nescio quorsum:

De Conrado Schott equite aurato.

In ea militia qua Foedericus tertius ducem Burgundiæ Carolū propulsauit ab obsidiōe Nussiæ vrbis, Conradus Schott eques auratus siue prædæ, siue conflictus auritus, e castris cum seruis suis profectus hostes in certamen prouocabat, hostes turmatim exeuntes, summo studio illum sunt insecuri, quod nostri videntes, atq; castra aliqui exeuntes, illi opem ferre conabātur, vnde ex vtracq; parte multi sunt desiderati. Cæsar audiens suos esse imperfectos facit conquiri auctorem huius turbæ quem extremo supplicio afficere constituebat. Conradus in Cæsaris conspectum vocatus, atq; consistens, atq; acerrime correptus inquit. O inuictissime imperator, ego pro me solo hunc conflictum incepui, q; si aliqui sint imperfecti ego doleo, sine tamen culpa mea id factū est, ego enim vt dixi pro me solo, atq; cute mea fricanda hoc feci. Neminem rogaui, neq; cuiq; mandaui vt mihi auxilio esset, aut pro me pugnaret, vnde absolutus est. Hæca quodam nobili audiui.

De iejunio cuiusdam rusticæ.

Interrogaui nup; quendā rusticū in vico Zvisuldenſi quot dies per quadragésimā ieiunasset. Rñdit nullū nisi diem cinerum, vbi ex p̄terita die carnisprīuio scilicet (vt vocant) adeo saturatus esset, vt comedere nequiret.

Contra molitores.

Dicitur in proverbio nostro nihil esse audacius induſio molitoris, quā camisiam vulgo noītant, qm̄ omni tē pore matutino furem collo apprehendat.

De eisdem.

Ioānes Speth eques auratus dñs Zvisuldae vici, quæ ſuit aliū nobilē, an non ſciret probū molitore quo opus

## BEBELIANAE

haberet. Respondit alter p̄mpte, scio profecto, nam hēsterno vesperī molitoris mei vxor peperit infantē molitorem, de cuius probitate non dubito, de cæteris autem dubitare videbatur. hæc Leonartus clemens pres byter. Sicuti quidam Concionator egregius Iodocus Suevus Haïdelbergæ dixit, dum quæsitus esset, an & príncipes sœculi intrare possent regnum cœlorum, possunt enim (inquit) si in cunis morirentur.

Prouerbium in parum prudentes.

Daiglinus cantor Constatīæ, dum nuper hoīem parū prudentē conspexisset, dixit ad eum. Tu es valde idoneus consul (quem nos magistrū ciuium vocamus) illo causam sciscitante ait. Nam collectam simul & absconditam habes prudentiam in thesauro aliquo, quoniā haec tenuis nunq̄ es vſus, quod ille indignatissime accepit, quoniam sibi prudentissimus videbatur.

Aliud in eosdem proverbiis.

Cum volumus designare fatuum nos Suevi dícimus optimum esset occultare sapientiam cum illo, nemo em apud eum quereret.

Prouerbium in proditores & delatores.

Vidi nuper viatorē (quem vulgus pedellū vocat) curiūsdā episcopi, quē cum alijs a pedum velocitate cōmendarent, subiunxit quidā a lingua maxime cōmendandum, quoniā esset robustissima, & ex hoc ait, Nam tres simul potest sacerdotes sub ea deferre ad episcopum, vingtī milia passuum uno dñe, designans eum prodere episcopeo sacerdotum crīmina.

Contra īdoctos curatores animarū.

Quā grauis & periculosa sit cura pastoralis, atq̄ ansimare regimē, Gregorius et mlti patres sancti suis librīs cōplexi sunt. Attamē nunc proh deoꝝ, atq̄ hoīm fidē,

D d ij

## FACETIAS

cōferunt illa sacerdotia, atq; cura pastoralis sine delectu  
in doctissimis qbusq;, vt miserandū sit illis aīabus, vt ec  
clesiasticorū more loquar, quaī curā hi indocti asini su  
sceperunt. De qbus cum non sit hic locus multa loqui,  
dicā quod ego scio. Veni nup in quoddā monasterium  
multis indulgētis (vt cum vulgo loquar) & apostolicis  
prærogatiis dotatū, vt prēdican, q si ita est, deprauan  
tur tamen sacerdotū ignorantia. conuenit em ibi me bo  
nus amicus qui confessus erat sacerdoti illic pr̄sidenti,  
narrauitq; mihi dum integrā confessionē facere iſtituis  
set, interruptā fuisse a sacerdote qui diceret, vt tantum  
capitalia, hoc est mortalia peccata cōfiteret, tantā esse in  
dulgentiā, vt venialia q; vocant peccata sine cōfessione  
deleret. Postremo ostēdit mihi līras suā confessionē testis  
fīcates, in qbus multos solōcismos inueniebamus. Ad  
qd ego, tanta est dixi qdī indulgētia, vt etiā incongrui  
tates tollat, atq; incongruū congruum faciat. Ad hoc al  
ter, Mirum est inquit profecto, numq; enim antea audis  
ui extendi illa priuilegia, in præiudicīū & lēsionem Pris  
fciani. Cui ego aiebam. Extendi illa etiam vltra pontifi  
cis, cuius rescripta per incongruitatem vitientur.

De illo qui nō libēter diuinos sermōes audiebat.

Cum nup in fanū properare pro cōcione doctoris nr̄i  
Martini audiēda, obuiā venit mihi exēdo qdā sodalis,  
quē cum meū ad concionē retrahere conarer, repugna  
uit dicēs se non libenter audire hoībus detrahere, & ma  
ledicere, quod crebro in iſtis sermonibus fieret.

Facetum dīctum.

Cū olim sacerdotē mihi notū, quidā mulierosum cri  
minare, subiūxit alter eidē sacerdoti infest⁹, Bonus es  
homo qui gratis, et tua spōte dīcis hoībus veritatē, dum  
multi nō nisi coacti vel in iūdicio, vel quæstiōe faciant,

## BEBELIANAE

alijq̄ precio cōducantur, qđ in proverbiū cessit.  
De maledico sacerdote.

Noui sacerdotē, qui omībus hoībus detrahebat, qui  
qđ līnguā suam in oīm cōtumeliā acuminabat, quē cum  
ego sāpe castigare ne id faceret, respōdere solebat. Ego  
detraho hominibus fateor, sed hoc idem mihi fit, inde  
ego pro compensatione ago.

Fabula quare Christus filius passus sit.

Dixit mihi oīl abbas, & dñs meus Zvifuldēsis pro  
mēfaria recreatione talē fabulā. Sancta Trinitas cū deli  
berasset secū pro redēptione humani gñis, patrē dixisse  
se mō senio confectū, non idoneū ad mittendū in terras  
pro redimēdi mortalib⁹. Spiritū item sanctū causatū  
esse formā & speciē, rīdicolū enī esse in forma columbæ  
pendere in cruce, qui redempturus esset genus huma  
num. Christum postremo filiū dixisse, sibi perspectum  
hīnc esse hanc fabam (vt dici solet in proverbio) in se cu  
dī, atq̄ hoc omne in se machinatū, atq̄ ita obtemperasse  
suis, crucemq̄ sponte subīsse.

Facetum dictum Petri luder.

Petrus luder cū oīl Basileæ medicinas, & studia hī  
manitatis profiteretur, essetq̄ semel īuitat⁹ a quodam  
theologo ad prandīū, atq̄ inter vīna (vbi hilariores, libe  
rioresq̄ in loquendo reddīmur) quādā iocī gratia de tri  
nitate cōtra theologosq̄ dogmata effudīsse, protestatus  
est theologus iniuriā theologiis, & fidei potius Christian  
ae factam. Ad quod Petrus retractans iocum, & erro  
rem, Sis bono aīt, animo domīne Doctor, nihil enim te  
mere, aut pertinaciter affirmo. Nam priusq̄ ignem subi  
rem, ego crederem quaternitatem.

De quodam asīnum emente.

Debebat quidā seruus dño egregiū caballum emissē,

# FACETIAE

atq; cum a sinū emisset, dominusq; egerimē ferret, dixit  
Profecto si pro aurūm qualitate, et magnitudine crescat,  
futurus est maximus, & procerus valde equus.

Facetum dictum.

Est mihi sodalis, cui cum vinū recens, & min⁹ nobile  
simul cū veteri satis sapido appositū esset, eiq; recēs pro  
pinaretur. Dixit repugnando, venerandos esse senes &  
maiores, seq; veterius obseruare velle.

Pulchrum dictum Fœderici Terti⁹ Cæsaris.

Fœdericus tertius Cæsar augustus, cum Romā profec  
turus Florentiā transiret, videretq; Cosmi Medicis flo  
rentissimas opes, qui aliquid pauprīmus esse prēdicas  
batur, dixisse fertur. O q; multa cōuitia, & cōtumeliosa  
verba ptulit, sūrdaq; aure transiuit, donec ita locupletas  
tus fuerit, optime iudicās omnes illos qui p̄ter consuetā  
fœlicitatē alior̄, ex paupertate vel ex humili loco, stirpe  
q; emergunt, multor̄ odījs, varijs opinionibus atq; con  
uītījs, exponi. Dum ex traditione Cornelij Taciti in lib.  
xvij. insita sit mortalibus natura recentem aliorum fœ  
licitatem ægris oculis int̄rospicere.

Ridendum dictum.

Noui sacerdotē, qui anno dñi Millesimo quīngētesis  
moquinto, cum de Christo recenter nato cōcionaretur,  
tandē detestatus molliciē, atq; indulgentiā rusticor̄ er  
galiberos, dixit. Vos liberos vestros molliter, delicatissi  
misq; cibis, & lintheis fouetis, Ioseph Saluatorē mundi  
Christum puerū incondito, & auenario pulmētario nu  
tritum in præsepe boum reposuit.

De patientia monachorum.

Cum quidā fratrū mendicantū rusticū vīdisset, qui si  
ne misericordia cederet a sinū maxio onere grauatū, di  
xit ad rusticū, cur tam duriter cedis miserā bestiam? Cui

# BEBELIANAE

rusticus, qd ad te non est adeo onustus qn patientia tam ordinis tui simul portaret. Cur id quæsiuit cū murs mure monachus, qā inquit rusticus sub tanto fasce non murmurat, & tu in vnicō ybo impatientia ostendisti.

De quodam aduocato.

Quidā aduocatus post multas causas in qbus victor euasit, monachus factus est. Et cū negocijs monasterij p̄ positus, multis in causis succubuissest, Interrogatur est ab abbatē, cur oīno in causis agendis muratus esset, r̄ndit. Non audeo mentiri vt ante, ideo amitto causas.

De dispensatione.

Albertus magnus Suevus, omniū recte philosophiarium princeps, cuidam canonico Coloniam Agrippinam cum dispensatione a curia cum pluribus beneficijs redeunte, dixit. Potuisti prius ire ad inferos sine licentia, nunc ibis illuc cum dispensatione, vt vtar verbis illeius qui hoc ad me scripsit.

De muliere Tübingeri.

Quædā mulier contulit donū aliquod fratribus Augustini ordinis in Tübinga, & cum se orationibus eorū apud priorē quem vocant, cōmendasset, abiuit, & bres uī rediēs dixit. O pater bone nō orate pro viro meo prescor, ne resciscat, quia clam donauit. Credidit em si in salutem viri cessisset eum rescissurum.

De senatore Tübingeri.

Cum senatus Tübingeris ante aliquot annos sententiā ferre vellet, & iam suffragia daretur, exiuit vnius senatorū ex conuentu dicens. Ego fero sententiā, quam latus est præfector syluarum (ita em vocabatur vnuis qui summa auctoritate apud eos pollebat) vado em mis̄cum. propter quod exactus erat a senatu, & perpetuo prouerbio commendatus.

Ee

# FACETIAE

## EPISTOLA HEINRICI BEB. AD PE. Arlunensem de laudib⁹ et auctoribus facetiar̹. AD EVNDEM PETRVM ARLV, nensem vtriusq; iuris doctorem, et patronū ſuum. H.B.Iustingensis.



I vetustatem excutiemus Petre doctissime, atq; eloquentissime, inueniemus apud easdem gentes simul floruisse honestarū discipularū genus omne verbog; item morū, atq; vitæ totius quandā venustatē, pulchritudinē, elegans-  
tiā, summāq; vrbanitatē, vt gr̹cia nobis testat̹. & pr̹ser-  
tim attica, q; est non oīm modo liberaliū studior̹ plantat̶  
trix & mg̹ra, verumetia ita iocis, facetijs, ridiculis, oīm  
q; morū venustate pr̹stigit̶ oībus gentibus, vt oīa vrbana,  
attici sales, atticaq; venus diceret̶, & quicquid salem  
recipiebat, atticoq; esset, atq; habere, ecōtrariq; id octos  
a musis, & gratijs (veteri tam gr̹corum, q; latīnor̹ pro-  
uerbio) esse alienos, hoc est eosdem hoīes simul esse ins-  
doctos, atq; insolos rusticosq; qui enim a musis abest,  
et amusus dicitur, id est sine disciplinis, inconci-  
nus, atq; inelegans, qui aut̶ gratijs caret, acharistus & x̶  
g̶ 1500 est, hoc est sine gratia absq; humanitate, & vrbani-  
tate. Quorsum h̶c dices? Si igitur ad imperitū aliquem  
& a musis diuersum nūc scribere facetias tentare, credo  
me rem ei ingratissimam, & manibus, pedibusq; explo-  
dendam factur̶. dum autē ad te scribo, virum inter dos-  
tos disertissimū, atq; disertos eruditissimū, tam procul  
abest, vt verear ne nō recte egerim, vti etiā summa aī vo-  
luptate te hoc nostrarum facetiarū, atq; fabular̹ opuscu-  
lum non tam legendum, q; fouendū existimem, dum a  
negocijs arduissimis principū, atq; rerum ecclesiasticar̹

# BEEELIANAE

quibus indies distingeris, ad hanc lectionem tanquam a tem  
pestate, & curis ad portum aliquem, tranquillitatem, atque le  
titiā mentis sis te recepturus. Illud enim cuilibet sapiēti, ei  
demque negocio maxime necessarium est, ut ego iudico,  
si utriusque hominis sanitate velit senescere, ut animi grauiſſ  
simis cogitationib⁹, rebusque serijs fatigatum, facetiarum,  
atque fabularum lepidiorum hilaritate quodam quasi pabulo  
recreare, atque sustentare studeat. Sed quod ad me attinet,  
homo sum, video aliquando, iocor, ludo, nec curo qualiter  
de moribus meis existimationem faciant amusoteri, & ru  
sticani hoīes, dum nesciūt talia doctissimos, grauissimos,  
& sanctissimos viros scriptitasse. Nesciūt enim philosop  
horum socraticorum iocis illis libros esse resertos, nesciūt  
item multa multorum facete dicta a seni Catone viro gra  
uissimo, optimo oratore, optimo imperatore, optimo sena  
tore (ut ait Plinius) in librum collecta. Nesciūt insuper Ti  
ronem libertum Ciceronis de sui patroni iocis librum edidisse  
nec sciūt quosdam græcorum libros de ridiculis inscriptos,  
in primisque ridicula, et salsa multa græcorum. Nam teste Ci  
cerone, & Siculī in eo genere, & Rhodij & Bizantij, et per  
ter ceteros Attici excelluerunt, nec Plutarchi philosophi  
grauissimi legerunt apophthegmata. Tibi igit̄ cui notum  
est quos, quātosque auctores sequar, nuncupatim librum  
illū facetusque inscripsi, atque consecravi, ut cum nihil aliud ha  
beam præter musas, atque ingenij dona, intelligas me pro  
ægregia tua in me volūtate, immortalibusque beneficij ad  
oēm obseruantia, seruitiūque tibi exhibendū esse paratiſſi  
mū. q̄ si non vndiq̄ latine, & eleganter more priscorum  
eloquar, venia me dignū candidus lector iudicabit, pris  
mū enim ut signate, et significanter iocū insinuarē, negle  
xi elegantiā ut fieri oportuit, si mō salibus auditorē per  
mulcere volui. Cum insup multa de reb⁹ ecclesiasticis,

E e h

# FA C E T I A E .

atq; sacerdotibus scripserim, non pot fieri, vt in nouis illoꝝ ritibꝝ, cærimoniaribꝝ vocabulis quisq; prisce, & ele gater loquaꝝ, vt alibi copiose docui. Vale, & me vt facis, ama, & ego (vt debeo iure) te obseruabo, veneraborq; sp plurimum. Tubingæ, sexto Idus Septembres.

## LIBER SECUNDVS FA cetiarum Bebelianarum.

De Iurisconsultis Philesius.



Vrisconsulto suæ pfectiōnis hoīes faciles, beneuolos esse cōtendenti, responsum fuit, Leguleios esse hoīes perinde, ac lingulā in bili bri, quæ ad illā lancem in qua maius fū erit pondus, declinat, non secus aduocatos, pcuratores, & rabulas forense genus causas illoribꝝ plærūq; proclivi, ter amplecti & fouere, qui opibus sunt suffarcinati, eos non curantes, quorum res angusta domi est.

De principe contra sua decreta deierante.

Cum in senatu cuiusdā oppiduli absente principe decretum esset, vt qui amplius in opprobriū dei maliciose iuraret puniret, et principi reuerso ea res aperiretur, pru pit ille (vt erat insolens & furiosus) per carnē dei (vti nostris mos est iurandi) sibi placere. cumq; senatores, & decuriones se se mutuo inspiciētes subriderent, ille per cor, & corpus dei cōfirmauit se plectrum si quem deierant tem posthac compertum fuisset, non considerans se facere iam & frequenter, quod suis prohiberet.

De vino Iudaico, & baptisato.

Intraui nuper cauponā quandā uno comite, & cū vi-  
num dilutiꝝ, & aquatiꝝ, vt vocat nobis appositū esset,  
alloquī comes meus cauponē ægre se ferre Christū vn-  
q; hanc artē prodidisse, vt ex aqua vinū fieret, hanc em̄

## BEBELIANAE

Iam passim oēs vinarios dīdicisse, seç malle vīnū iudat  
cum q̄ baptisatū bibere, illius autē vīnum ita baptisatū  
esse, vt nīsi natare scīret demergetur in aqua.

Fabula de astutījs mulierum.

Tres erāt mulieres q̄ cōuenērāt, vt q̄ vīr suū magis in  
fatuaret, grādē pecunīā lucraret, Prīma, cū vīr semel dor  
mīret, fecit eum radī, cūculloq; ad hoc cōparato vestiuit  
cūq; ille euigilasset, mulier dñm eum, & patrē appellan  
do, an nō cum cōfratrībus suis abire vellet quāsiuiit, pa  
gum emī suū pauloante cuīusdā monasterij fratres vēhi  
culo trāsiuerāt. Vīr primo īdīgnāter vxorē alloqtur, an  
iþm ludibrio haberet? Illa, non pfecto īquīt dñe pater,  
absit a me tantū facinus, sed fratres vestri abierunt. Ille  
rasurā aduertens, atq; vestem, sum ne ego Conlinus? ita  
emī vocabatur, an nō: vxore vocitāte eum dñm, atq; per  
seuerāte in ea appellatiōe, Rusticus tandem cōsensit, atq;  
quorsum sui abiissent q̄siuit, quos cū ex vxoris relatōe  
illo die non cōsequi posset, illa īduxit illum, vt apud se  
manēdo cras diuinā celebraret, qui cū accessisset altare,  
atq; īcōpositū quendā cātum, & rusticanū īceptaret,  
Altera mulier suū īduxit, vt ntidus oīno ad altare cum  
oblatiōe accederet, pro nouo sacerdotio vīcīni, cū crede  
ret se ex verbis vxoris vestitū. Tertia vero cū marīto suo  
persuaserit iþm mortuū esse, phāretro īpositū in tem  
plū detulit. Qui cum se erexisset, vīcīnūq; vnū sacrifici  
cantē, atq; monachū agentē, alterum vero nudū illi offe  
rentem videret, Profecto nīsi mortuus essem inquit, has  
vīcīnorū meorū ineptias effuse rīderem. Quāritur  
nunc penes quam mulierum vīctoria sit?

De rusticō,

Quīdam rusticus cum puerum suum in die Gregorij  
(vt mos est nōstris) mane scholis mancipasset, atq; puer

Ei iñ

# FACETIAE

ā scholis rediens ad solitos iocos, & lusus æqualium re curreret, reuocauit eum pater a collusoribus dicens. Ab fili a laicis, oppido em infesti sunt doctis, cum ad vnam tantum horam in scholis fuisset.

## De vnoculo.

Quidam vnoculus, cum duxisset puellam deuirginatam, quam ipse virginem credebat, acerrime ei exproubrabat læsam pudicitiam. Ad quod illa, Cur tibi intergra esse deberem, cum tu sis luscus, careasq; altero oculi loco hoc damnū ego inquit vir, ab hostib; atq; inimicis accœpi. At ego meū ab amicis, respondit puella.

## Nugæ cuiusdam fabri clavicularij Cantharopolitanij.

Is adhuc ephebiā agens, dum quodā brumalis temporis die vna cum cæteris equitibus equitaret, ob maxīmū frigus & gelu, æphippio quo insiderat cōcretus, ab eodem desilire nō poterat, sed cum æphippio post fornacem, donec calore dissolueretur reponebatur.

## De eodem.

Idem cum ad flumen quoddam gelu concretū perire nisset, per quod equitandū sibi fuerat, hostibus insequenteribus, nemo ex suis socijs primus conglatiatum flumen tentare voluit, quare is idē attētando rupta glacie, in flumen cū equo decidit, ac in fluminis fundo diu errauit, tādē hasta, quā gestauerat glaciē perfoderat, et ita cū equo exiuit. Multa alia non facilia creditu narrauit, vnde a multis faber mendacioꝝ, non clavium dicitur.

## De quadam meretrice facta.

Dixit nuper quidam criminando bonam dominam, q; maxima esset meretrix. Illa nō est verum, inquit. Master enim me maior est meretrix, quæ me meretricem portauit, intelligens in utero, ego autem porto proborum

## BEEELIANAS

hominum filios, intelligens super utero,

De sacerdote foeneratore,

Noui sacerdotem, qui propter sacerdotia ecclesiastica, quod alio  
qua simoniaca prauitate acquisierat, etiam pro sexto quoque  
anno rusticis gallinas locauit. Varijsque artibus & foenore  
magnas diuitias comparauit, tandem verges in senitu, cepit  
etiam cogitare salutem animae, quare beneficia quod vocatur, ite sa-  
cella, officiumque coccionatoris in quodam oppidulo de novo  
erexit, atque fundauit (ut ita loquar) quod cum in cetero hominim  
aliquem audissemus, subiunxit ex nostris quidam, persimi-  
lem illum esse calceario cuiusdam, quem calcearium dei dixerit,  
qui corium surabatur, et calceos propter deum dederat. Quid  
enim prodest ex sanguine pauperum deo facere sacrificium,  
qui magis vult obedienciam, & praceptorum suorum obseruationem, quam victimam, praesertim ex rapina,  
& pauperum sanguine conflatam.

De alio sacerdote rixoso,

Vidi alium, qui dicere solebat, in nulla re se maius lucrum  
accipere quam verberando cum rusticis, semper enim proximo  
vulnere quod rusticis inferat, ipse duo, vel tria accipiat.

De eodem,

Idem me praesente in Zwickelde dixerat iocando, co-  
tum non esse mortale peccatum, quia vivi ficerent, nec  
item capitale, quoniam circa inferiora committeretur, nec  
postremo diurnale (ut nostri dicunt) hoc est veniale, quo-  
niam nocte frequentius fieret.

De eodem,

Institueram nichil lascivium inserere, sed quoniam non des-  
sunt qui turpia faciunt, praesertim qui alios a virtutibus deterre-  
re deberent, Parcat mihi candidus lector, si interdum la-  
sciva, vera tamen, ad detestandam turpidinem narraueris.  
Idem cum rusticum quandam in equa uxore post balneum

E e iiiij

110

## FACETIAE

in domū reducentem, conspexisset, denudata virga, dixit ad rusticum. Accipe hanc meam suppellectilem, ut possis pruriginī mulieris subuenire. Cui rusticus facetissime. Impone precor mi domine cumno equē meæ, nam aliud instrumentum modo non habeo.

De quodam viatore.

Erat in Gislinga oppidulo quidā viator, quē pedellū vocat. Cui cū quēdā honesta matrona pro vino illo passo (qd Malmaticū vocant) vrinā suam apposuisset, ille q̄ eam degustasset, intellecta fraude dixit. Hoc vīnū sapit naturā vasīs, hoc est quale vas, tale & vīnum.

De errore cuiusdam medicū.

Medicū vocat electuariū dīasatyrionis, qd p̄uocat lis bidinē. Qd cū diues vetulus nouā sponsam ducēs, apd medicū procurasset, petiuit econtrario iuuenis quidā febricitās medicinā laxatiūa, quē cū medicus confecisset, p̄mutauit ea, ita vt iuueni dīasatyrion, seni laxatiua das retur. Ille tota nocte cruciabatur erectiōe vīrgae sine laxatiōe, & grecq̄ ferebat id operari medicinā qd non petet, Hic vero cū iam in amplexu teneret spōsam amans tissimā, atq̄ ad prēliūm venereū contendiceret, totū lectū cū sponsa p̄merdauit, atq̄ vxorem potentia qua maxie valent senes imbuit, exhilarauitq̄ prima nocte.

De imperio mulierum in viros.

Circūferebat quidā per vniuersum orbē calceos quo: ocreas vocamus, offērens illi viro qui vxorē suam nō ti meret, & cū diu neminē inueniret, qui acceptare velleret, tandem rusticanus quidā homo, et incōpositus accepit, cui dixit ille. Accipe & axungiam in sinum, linas eas, et quia nouo indusio, et cādido indutus erat rusticus, Non audeo, quia vxor me q̄ indusium denigrarem argueret. Ille ocreas recipiens, illisq̄ eum percutiens, Abi inquit,

## BEBELIANAE

In malam crucem, quoniam in re leuissima vxorem tis-  
mes, meq; defraudare studiisti. atq; mox abiens, non  
credo q; adhuc alicui iure donauerit.

De quodā pulcherrimo vindictæ genere.

Erat qui adeo dilecta habebat vxore, vt diceret se vis-  
tū nō posse videre, vt ab altero tractaret. post paucō tpe  
cū faceret iter illa comite per syluā, coact⁹ est ab equite  
quodā vt traderet ei vxore cognoscendā, ipsec⁹ equū cū  
vestib⁹ custodiret. Mulier ab equite rediēs, increpauit  
vīrū quō videre potuerit se ab alio amari. Tace inquit,  
Nam & ego clam tunicā eius in partes discidi. Hāc ille:  
vindictā cum vxoris pudicitia compensauit.

De alio Zelotypo.

Quidā fatuus cum pulchrā, & elegantē virginē duxiſ-  
set, & semel ad aliq; dies absēs, nocti reueniret, p eo q;  
vxoris pudicitia suspectā hēbat volēs experiri eius anis-  
mū, inuenit ante scalas cubiculi maritalis calceos duos,  
vnde nō obſcure intellexit adulterū adesse. Quare ma-  
turius, & cōſulto rem agendā esse existimans, abiuit cō-  
tinuo, donec in crastinum referret ad sapientes quō ſce-  
lit⁹ hoc vlciscēdū iudicarēt. Postero die cōueniēs aīcos,  
remq; suā cum illis cōmunicās, ſe expertū esse aīt, hoīes  
ex ira oīno ſui obliuisci, neq; mētis compotes esse, parū  
em̄ abfuisse, quin idignitate rei motus & ira, calceos ad  
ulteri in frusta mille diſcidifſet, furorē tamen ſuū ratiōe-  
ſedatū esse, donec de merita vindicta deliberet.

De dñō Vdalrico comite Vuīrtenbergensi.

Illustris comes Vdalricus, cū ſemel ad ſacerdotē, &  
ſacellani dixiſſet, vt haberet missā (vt ita loquar) vēna-  
toriā, hoc eſt, cito ſe absolueret vt venatores desiderāt.  
ſacellanus in toto libro q̄ ſiuit missam de venatoribus,  
& cum nō inueniret, mōestus rediit ad príncipē nihil ſe:

E e v.

## FACETIAE

de missa venatoriꝝ intenire conquestus, cuius simplici  
tatem hilari vultu dominus emendauit.

De auaritia, atqꝫ ambitione mortalium.

Cum nuper quidā acriter imuehereſ ī bñficios ſa  
cerdotes, dixit alter nō ſatis eſſe Christianis ſacerdotū,  
Iudæorꝝ, & nobiliū. quoniā aiebat, ſi ſatis Iudæorū ha  
beremus, Christiani vſurā non caperent. Si ſacerdotū,  
vnus nō haberet plura beneficia. Si nobiliū, non iudies  
tot rufici, & ciues aſpirarent ad nobilitatem.

De quodam histrione.

Quū histrioni cuidā cū nobilibus diſcubenti minus  
tiores pifces appoſiti eſſent, illis autē grādiores, cœpit hi  
ſtrio pifciculos mltos cōtrectare, atqꝫ nūc ad os, nūc ad  
aures admouere qđā ſecreto loquēs, Cœpit et tandem ſteſ,   
& cū nobiles cur id faceret interrogare, dixit. Pater me⁹  
pifcator olim in aqua ſūmersus eſt. & cū quāro pifcicu  
los, an non vſpiā viderint genitorē meū, Respondent ſe  
eſſe adoleſcētiores, vt hanc rēſciant, Proinde interrogan  
dos eſſe grandiores natu. Hoc cū intelligerent nobiles,  
dederunt ei grandiores etiā inquirendos, vel potius deſ  
uorandos. Fabula Heinrici Bebelij patris mei. qui obiit  
Anno Dñi. 1.5.0.8. xxvi. die Martij, cuius anima requie  
ſcat in sanctissima pace.

De Matthia fatuo abbatis Marchtelli cīs Danubiū.

Cum abbas Marchtelli monasterij quoddā magnificia  
cum palatiū ædificare vellet, atqꝫ quomodo institueret,  
cum ſuis anxie deliberaret, progressus eſt in mediū fa  
tuius eius Matthias dicens, O qđ ſtultus es abbas, q te tā  
multis negocijs implicas, ſedeas in cubiculū, & coenacu  
lum tuū quam ſtubā vocant, vna cum optimo vīno, atqꝫ  
meretrice pīngui, & ſeruias deo in quiete

# BEBELIANAE

De eodem.

Idem quū pedibus Danubium transisset, q̄ male fecit inquit. Si enim summersus fuisssem, dominus meus non remisisset mihi, sed me verberasset.

De eodem.

Cum in aestate semel idē calidissimo sole ligna in monasteriū baūulare cogeret, sole detestatus dixit, Dī te p̄dant, q̄ multū calefacis (intelligens calefacere uti vaporaria calefacimus) Serua hunc calorē usq; in hyemē.

De eodem.

Idem quū semel in dedicationē Zviifuldēsis ecclīæ cum dño inuitatus esset ab Ioāne Spet equite aurato, co geretur q̄cū duobus alijs fatuis comedere. propere absi h̄t, atq; castrū reliquīt, domū repetiturus postridie. Interrogatus cur tam cito abiisset, ait. Si mihi mel sync̄ez, vel lac cum tenerrimo pane datum esset, quos ipse optimos cibos iudicauit, in promptu ego non māsssem, tam mūcosæ erant nares fatuor̄. Indignatus, q̄ ipse qui se prudenter existimabat, fatuis consociaretur.

De poenitētia lupi, & vulpis, & asini, ex Hugone Trime pergio egregio in vernacula nostra poeta.

Properarūt olīm Romā simul lupus, & vulpes, et asinus pro indulgētia (vt ita loquar) consequēda, atq; in itinere dum lupus dixisset, pontificē multis alijs negocījs districtū esse, conuenerūt, vt sibi huiuscē confiterent, atq; poenitentiā iniungerent. Lupus primū ita vulpi confessus est. Vidisse se suem quæ duodecim sculos habebat, & cum ipsa pinguis in campo deambularet, sucti eius domī fame cōficerētur, propterea matrē deuorasse ob impietatē, q̄ prolem ita derelinqueret. Tandē miseratione cōmotum, filios omnes etiam, vt ex miseria erip̄eret, enecasse, atq; māducasse, hoc flens narrabat, atq;

## FACETIAE

pœnitentiā iniungi sibi petiuit. Vulpes dixit, non cōmisi grande peccatum, cōmiseratio est pupilloꝝ, ora seꝝ mel dominicā orationem, & sis absolutus. Mox vulpes lupo confitetur ita. Rusticus habebat gallum, qui vici nos quosq; gallos debellabat victoriosus, cuius clamor circumquaꝝ perturbabat sanos & insanos, & maxime capite dolentes. huius superbia me male habuit, quem semel cum vxoribus gallinis spaciantē arripui, atq; abducens deuorauī. Semper postea contra me clamauerūt vxores eius mihi infestæ, quaꝝ multas, vindicādo iniuriā et clamore, comedī. Peccauī fateor, et peto veniam. Ad hoc lupus. Bene actū est, dum clamor, & superbia galli, & gallinaꝝ cōminuta est, nec multū peccasti. Iniungo itaq; tibi vt ad tres dies Veneris nō comedas carnes, si nō habere potueris, ego sum facilis, & credulus tibi vti tu mihi. Nunc asine cōfiteare & tu. Asinus ad hoc, qd confitear. Vos scitis labores meos & tormēta, que tolerare cogor, portando frumēta, saccos, ligna & aquas. In uno tamē peccauī, cuius me s̄epe pœnituit. Seruus mihi præpositus erat, cui frigēti ex calceis stramē apparuit, quod ego ei eripui, vnde magnū damnū in pedibus accāpit, estote mihi misericordes, & iniungite pœnitentiā. Dixerunt illi. O latro qd fecisti. Væ tibi inæternū, nam te auctore seruus ille grande damnū in pedibus sensit, & vt credimus ex hoc mortuus, vnde aīa tua dānata est. Ideo nec corpus saluū esse debet, & necātes deuorauerūt eū. Sicut equidem faciunt potentes & maiores, sunt sibīnū cem faciles, & ignoscunt leuiter, subditis aut, & infirmi oribus duri, & inexorabiles, vt bene nouit Iuuenalis in Satyra secūda. Dat veniam coruīs, vexat censura colūbas. Auctor fabulæ interpretatur vulpē esse cellarios, & hos qui sunt in officio monasteriorū constituti, qui cōtra ab

## BEBELIANAE

batem nihil agūt. Lupus esse debet abbas, & a si nō sunt  
simplices fratres, qui in minimis maxime peccāt, dum  
superiores sibi nūc ignoscant.

De Conrado Schellenberger sacerdoti  
dote Minderchingæ.

Noui sacerdotē qui cū alijs quibusdā sacerdotib⁹ iturus ad cuiusdā templi dedicationē noua linea tunica in duebat glriosus sibi, & ppter hoc ab alijs sacerdotibus in Danubīū erat deiectus, vt tunicā ei decoloraret. & cū tandem ægre extractus esset, per deū inquit serio, & com motus, si ego me melius animo collegisse, mansisse in aqua suffocatus, ppter ea q̄ vos om̄es irregulares (vt ita loquar) essetis, atq̄ in paupertate dies vestros cōterere cogremini. Ecce q̄ egregiā vindictā ille cogitauit.

De quodā tribuno plabīs.

Quidā scabin⁹ (vt cum vulgo loquar, qui olim tribunus plabīs potuit dici) ex Buchorn oppidulo in primis paruo, attamē impiali & libero, cū semel Constantiā venisset ad sodalitatē laniorum, humilitate eius contēpta, ad infimā mensam est collocatus. Hoc ille ægre ferens, continēter prīcipē, & tribunū laniorū arrisit, quare ille iussit querere, cur se externus ita arrideret, respōdit hic. Qz te tui eo honore summo scilicet tractet, quo me mei apud nos, sum em apud meos etiā scabinus, licet indīgnus. Ad quod Constantiensis. Si es talis vir, profecto non decet, vt in infimo sedreas, atq̄ ad se collocauit. hoc ego, ppter illos dico, q̄ licet in minō m̄gratu, nihilominus nolūt latere hoīes suā maiestatem, etiā si se risui expōnere debent, adeo nequeunt occultari honores.

De quodam duumuiro, seu magistro ciuium,  
vt nostri vocant.

Erat Rottenburgi cīs Neccharū magister senatorū

## FACETIAE

Hechingēsis in quodā symposio,& cū nemo vellet eum  
alloqui iustis titulis, vt ip̄i videbatur. Sutorem erat, nec  
morū, nec corporis maiestate venerabilis, itemq; parui  
oppiduli ciuis. Tandem ip̄e se prodere tentauit dicens,  
cum ei optimū vinum appositiū esset. Tale ego vinū ha-  
bebā, dum nuper creabar magister ciuit̄. paulopost cum  
ex libertate vini cum suis municipib; incōditiores cla-  
mores æderet, corripiebatur a lusore assidente, q; istum  
rusticum clamorē missum faceret. quod cum indignissim-  
me acciperet, coepit iurgari cum lusore non oportere se  
contemptū iri ab eo, dixit lusor. Quis es tu? Respōdit ille  
magister ciuit̄ in Hechinga, ad hoc lusor. ho ho he. es  
profecto magister parum prudēs & moratus, vt si dixeris  
magister porcorum, nemo non credat.

De alio.

Erat aliis magister ciuit̄ (vt manē in ea noua appellatio-  
ne) parui oppiduli, & castelli, quē cum in balneo lo-  
crīx interrogasset, an esset lotus capite? Respōdit. nescio  
profecto. Aliquis em nostrum alia habet cogitare. puta-  
uit enim se esse hominē in magistratu positum, cuius co-  
gitationes intenderētur ad negotia reipub , quæ in op-  
pidulo illo sunt minima, atq; rarissima.

De alio.

Erat aliis ciuit̄dā parui oppiduli magister, in quo vix  
quinquaginta domus cōtinentur, qui cum Esslinge lin-  
cea venderet, atq; emptor quereret vbi ip̄e habitaret, vt  
plura ab eo emeret. Nominauit ille oppidū, & castellum  
suum dicens. Postq; ingressus fueris urbem nostrā, atq;  
diu pcesseris, interroga vbi sit domus magistri ciuitū,  
et ostendēt tibi altissimam domū, vbi me inuenies. No-  
minauit iste altissimam domū, cum potius tugurium &  
casam pastoralem dicere debuisset.

## BEBELIANAE

De rustico carnis resurrectionē non credēte,

Cōfitebat̄ cui dā sacerdoti rusticus, qui cū carnis resurrectionē possibilē negaret, venit in magnā contentionē cum sacerdote. Tandē cum sub æternæ fœlicitatis amisione credere induceretur, dixit, si cogar credere credā. Sed videbis paterreuerende nihil futurum de ea.

De sacerdote Italico.

Conueni sacerdotē quēdam Italicū in æni ponte, qui erat cū exulib⁹ Mediolanēsibus, & cœpi pcontari de nouitatibus Italie. Ille auerso vultu stans ait. Non intelligo, non sum sacerdos ad grāmaticā. Ego ad qd es sacerdos. dixit: rñdit, ad tria missa. Ego in eodē genere quesiui, ad qliaq; rñdit, de Beata virginē, Spirituſctō et p defunctis. Ego, Vade ergo in pace cum tua tria missa, dixi.

De simplici rusticō.

Confitebatur quidā rusticus, & quesitus de trinitate, nihil oīno de ea nec sensit, nec sciuit. Sacerdos tādem post longā doctrinā qua eum in fide firmauit, talē comparationē dederat, fac te esse patrē deum, & filiū tuum fac esse deū filium, & vxorē Spiritum sanctū. In secunda confessiōe interrogatus rusticus, an nūc in trinitatē crederet: Respōdit, non oīno. In duos em̄ primos deos credo, in spiritū autē sanctū non, quia quicquid pater et filius durissimis laboribus lucrantur, hoc totū spiritus sanctus consumit. vxorem suam designans, quæ obliguraret, quicquid ipsi laborando acquirerent.

De quodam Bauaro.

Duo Bauari proficiscebantur Romā, & cum in quādam cauponā diuertissent, atq; oua comedissent, postq; ad solitū iter venissent, vnum ad alterū dixit. Ego ægressus cuponē decepi, ac iussus manifestare dixit. Ego coaudi in ouo integrū pullum gallinæ, & non solui.

# FACETIAE

## De sacerdote & scholaftico.

Aluit sacerdos scholafticū mendicū, vt in extrēa ieū nij hebdomada in cāticis diuinis sibi adiutorio esset. qđ cū scholafticus pānositatē, atq; turpitudinē vestitus cau satus eēt, induit eū noua tunica, & cū in matutinis Chri stianē resurrectōis sacerdos i specie Mariarē (vt moris ē) dñm in sepulchro qrere vellet, iussit scholafticū in sepul chrū intrare, vt loco angeli rñderet. Quare scholafticus adepta noua tunica, atq; in tenebris abeūdī opportunis tate nact⁹, aufugit. Sacerdos ratus illū adesse, accessit se pulchrū cantu solito, & cū nemo rñderet, Quo abduxit illū diabolus dixit, vnde oībus risum cōmouit, qui puta bant eū loqui de Christo, cū de scholaftico loqueref.

## De quodā nobilitatē vane sibi arrogantem.

Venit qdam pānosus, deformis homo in cauponā, et cum ab omībus negligeretur, cōpīt tandem iactare suam nobilitatē, familiā m̄q; vetustissimā, compotatoresq; esse homīes rudes & barbaros, qui eum nō debita reuerentia prosequerētur. Et cum iugiter in cōmendanda nobis litate sua perstrepere, cōpīt alter (cui fastidio tandem erat gloriōsi illius iactantia) dicere. Abi precor cū tua nobis litate, nam asinus molitoris nostri multo est te nobilior, is em seruo comite ingreditur, tu autē sine seruis.

## De ebrío.

Erat quidā vsc⁹ adeo vino madidus, vt manibus hos minum in domicilium suum portaretur, & cum semel baiuli, vt anhelitum caperent, illum in pedes sisterent, isq; videret alium adeo ebríum, vt a consodalib⁹ duce retur, cōpīt exclamare. Víde te precor combibones, quā ebrius est alter, vt ducatur, non considerans, q; ipse portaretur, ingrediendi omnino ímpos.

## De puella.

## BEBELIANAE

Seruierat puella cuidā matronæ, quæ sæpiissime ultra  
mediām noctem cum procis suis federat, et cum argueret  
retur adñia, q̄ tam longā morā vīgilaret, respondit nō vi-  
deri sibi longum, sed breuissimū tempus, illis vero longum  
esse, qui vīgilando eam obseruarent.

De sacerdote, & ædituo.

Conuenerūt sacerdos, & æditu⁹ certa pecunia, vt die  
festo, & solēni quarūcunq; mulierū corporis copiā sacer-  
dos aliquādo habuisset, oblatiōes illar̄ æditu⁹ accipe-  
ret. Et cum aliqua illar̄ accesserat altare dixit sacerdos,  
accipe, intellige oblatiōem. Tandem cum post multas  
accessisset & æditui vxor, dixit sacerdos, accipe, Ille ob-  
stupescens dixit, Est vxor mea. Cui sacerdos, accipe bo-  
ne frater, non em te cōuentare defraudabo. Ita contigit  
illis derisoribus, vt sæpe alior̄ risui exponantur.

De rustico sanctum Nicolau⁹ inuocante.

Rusticus quidā cum in via lūtosa plaustrū onerariū ita  
demersisset, vt equis educere nō posset, cōuersus ad di-  
uor̄ opē, auxiliū sancti Nicolai inuocauit, secq; pro pon-  
dere plaustri cærā in eius honore pensare vouet. Admo-  
nitus ab altero plaustrū cum eqs vilius cōstare, q̄ tantū  
cæræ, dixit, tace. Nam si ip̄e mihi subuenisset, minus de  
cærā fieret. Ita oēs facim⁹ in pīculis pollicitādo, & mīta  
sanctis vouēdo sum⁹ effusi, in exequēdo parci, & tardi.

De quodam suspendendo.

Cum fur quidā ad patibulū duceretur, sacerdos q̄ ei  
pro cōfirmatione, & consolatiōe adiūctus (vt moris est)  
æternā illi fōlicitatē, si vltro mortem pro emendatione  
peccator̄ suorum subiret, polliceretur, eumq; apud sus-  
peros coenatur̄ affirmaret. Conuersus fur ad sacerdotē  
dixit, Ist es also lieber herr, so bit ich ir vuellen fur mich  
das nacht mal essen, ich vuill euch zvūē blaphart an dē

Ff

# FACETIAE

mal schencken. Hoc est, si ita est bone pater, cœnato tu  
ita pro me, & ego tibi in subsidium sumptuū, duos Bos-  
hemos denarios quos vocant, donabo.

De Bauaro lentes comedente.

Venit Bauarus quidā in cauponam, & cum ei lentes,  
apposite essent, audiſſime comedit, adeo ut noctu in les-  
tū cacaret. Mane reprehensus a caupone, dixit. O caupo-  
qd mihi apposuisti? illo rīdente lētes, vulgari vocabulo-  
lynsen, ad hoc Bauar⁹, Iahalt vuarlich es sindt vuol lyn-  
sen gevuesen, sie sind vuol als lys von mir geschlichē.  
hoc est sunt pfecto vere lentes, id est lenes, adeo em̄ leni-  
ter, & tacite mihi exciderunt, vt non senserim.

De molitoribus.

Matthias fatius Vlmēsis, de quo aī dixi, cū vidisset  
quosdā molitores, iocatus in eos, molitores comparauit.  
Beatae virginis Mariæ, ob hoc q̄ ipsi gauderēt albo, & cā-  
dido vestitu, qui color castitati (in cuius arce stat mater  
illa diuina) attribueret, hoc cū ipsi iucūde accepissent, at-  
tentiusq̄ aīaduenterent, Secūdo ita cōparauit illos eidē,  
vt em̄ Beata Maria ante partū, in partu, & post partum  
esset, mansissetq̄ virgo, sic molitores ante molēdinam,  
in, & post molēdinam esse fures, qd illi adeo ægre acce-  
perunt, vt fuga salutem querere cogeretur.

De sacerdote puerum baptisante.

Sacerdos baptisaturus puerū cum diceret, q̄ cōpater  
(vt n̄is loq̄ mos est) noīaret puerū, dixit ille esse puellā.  
Sacerdote rursus interrogante, semp puellā esse dixit, cū  
ppriū nomē edere debuisset. Tandē sacerdos cōmotus,  
ad culum matris tuæ (vti n̄is mos est loquēdi) qd mihi  
ista narras; cum cunnus esse puellam ostendat.

De mercatore, & Iudæo.

Quidā helluo cōsumptis bonis paternis, anim ad im-

## BEBELIANAE

posturā adiecit, atq; in nūdīnis Francofurdensib; ster-  
cus humanū in sericū inuoluīt, atq; rē se h̄e p̄ciosissi-  
mā testatus cīrcūtulit, illius scilicet efficacīa esse, vt si q; s  
mīnīmā partē eius degustauerit, quicq; dñ in anīo cōcepe-  
rit hoc ei futurū verū. Iudæus ( cuius generis mos est oīa  
tacite speculari & explorare) cogitauit si iīpē emeret, vel  
le h̄e in aīo dū degustaret, villas & multas possēsiōes,  
vnde summīs opībus suffarcinaret. Ideoq; illū clam con-  
uenit, atq; q̄tī estimaret interrogauit. Ad qd helluo, abi-  
nq̄t. Nā tu nō mercaberis. Vester eīm tuā nō indicat fa-  
cultatē hui⁹ rei emēdā. Cui Iudæ⁹. Quis scit; Indica q̄tī  
facias, r̄ndit ille, Septingētis autreis. Iudæus se q̄stro nūe-  
rauit pecuniā, vt si vēdītor verē dixerit, apud illū accipe-  
ret, atq; re degustata fastidiosus merdā esse dixit. Vēdī-  
tor impleta cōditione, pecuniā apud p̄tore obtinuit.

De quodā Beatam vīrginē inuocante.

Duo nobiles cuiusdam p̄ncipīi p̄blici hostes, cum  
in summo dīscrīmine rerū versarētur, hostes eīm eorum  
insequebātur, vnuis Beatam vīrginem Aquisgrani im-  
plorabat. ad qd alter, Nīmis longū iter est inquit Aquis-  
grani, dum eīm iīpā veniret, nos perīssēmus, & captiē-  
semus. Inuoca beatam vīrginem in Dechinga, que non  
tam longe abest. Ita enim vocatur locus nō procul a pa-  
tria mea, vbi vīrgo gloriofa religiose colitur.

De Ludouico duce Bauariæ.

Ludouicūs olīm Bauariæ dux, dum armigeros, & sui  
corporis custodes cuperet habere audētissimos, fortissi-  
mosq;, oblati sunt ei quattuor, qui fortissimi p̄dicabantur.  
Et cum multa vulnera accepissent, atq; cicatricibus  
in toto corpore deformati essent, dīxisse fertur. Credo  
profecto ex vultu, naturāq; vestrā quadam pensiculati-  
one, atq; physionomia, tales vos esse, quales estis fami-  
Ff ij

## FACETIAE

gerati. Illos tamen videre mallem, a quibus tot vulnera accepistis, quos fortiores vobis esse contenderim.

### De virginē quadam.

Cum cuiusdam gyncei virgines de amatoribus tam religiosis, q̄ etiam sœcularibus (quod s̄æpe vsu venit) colloquerentur, fuit quæ se dixit non posse amare religiosos, & malle cum decem sœcularibus (vt ita loquar) q̄ uno religioso rem habere.

### De vetula quadam.

Cū anus quedā viatorē pauperē, studendi gratia Par<sup>r</sup>hisios pficiſcentē rogaret, quo nā ire vellet, & ille, Par<sup>r</sup>hisios r̄ndisset, itellexit illa Paradisum, & dixit maritū ſuū, qui vita excesserat paucis ante diebus etiā illo cōmigrasse. Rogauitq̄ illū, vt vester, argentū & alia quedā illici portare dignaret. Qui q̄ vetula dederat accipiēs, iter constitutū confecit, atq̄ rebus ad vſum, & victū necessaria prouisus, in ægregium virum euasit.

### De partu adultero cuiusdam mulieris.

Vidimus mulierē quandā marito p̄ſente puerū gestare, & inter alia blandimenta infantī dicere audiui mus (vt fieri solet) vt patrem oscularetur. Tum tertius qui astabat, fieri posse dixit, ſi os haberet ab argētoraco Basileam vſcq̄, ita mihi scripsit Philesius.

### Contra negligentes diuinos sermones.

Sacerdos quidā cum s̄æpe monuiffet subditos ſuos, vt dñico die ſermonē integrū audirent, & ipſi hoc non curantes, hyemali tēpore ex templo in ſtubas (vt barbas re loquar) æſtivali in hortos apricatū ſirent, donec campanæ (vt ita loquar) ſono ad eleuationē corporis Christi vocarētur. Iuſſit æditiū non ſermōe, ſed diuina re oīno finita, pulsare. Id cum fieret, exuit ipſe vester ſacerdotes, & redeūtibus rusticis nates oſtendēs, Si inquit non

# BEBELIANAE

vultis audire Christum loquentem, videte non Christum nunc, sed cūlum merdosum.

## De monachorum facto.

Cæsar in quibusdā oppidi cœnobio, aliquandiu cum aulica familia mansit, cuius monachi post illius abscessum ad senatores iuerunt petitum, vt quoniā hospitium Cæsari sui causa præbuissent, & nō dubium esset, quin mulieres interdū introductæ essent, sibi ad reconciliatiōnem cæmiterij subuenire dignarētur, fuit senatus consultū, vt illoꝝ dormitorio reconciliatoꝝ quæ loca meretrīculis essent cognotissima ipsi ad eas ædes recōciliandas in quibus Cæsar & sui fuissent subuenirent,

## De rustico appellatō a deo ad apostolos.

Rusticus quidā erat, vtī certissima fide accepi, cui cū in peste vxor, omnesq; liberi quos plures habebat, obiūssent, cepit & ipse eadē peste correptus ægrotare. Quē cū sacerdos puiderit sacramētis (vtī dicitur) veller, restitit rustic⁹, indignatissimeq; se mori nolle testatus est, secq; summa a deo iniuria affici conquerit serio, q; post oēs liberos & ipse vocef ad mortē, Cū plures haberet vicinos, qui cum liberis oībus incolumes sint, secq; ad apostolos puocatu rū, iamq; puocare affirmat. Ad hūc sacerdos, Sis æquo animo inquit fili, vitāq; tuam, pariter & voluntatē diuis næ voluntati cōmittas. Eos em plus visitat, & ad se vocat, quos cariores habet. Cui rusticus, o vtinā hostis meus esset, modo sineret me viuere. Nam si ita suos diligit, diligat malignū spiritum, & dicitur conualuisse. Forsan enim per appellationem vitam obtinuit.

## De alio infirmo.

Aegrōtabat alius, & cum de eius vita desperatum esset, cœpit sacerdos hominem admonere suæ migratioñis, & inter alia cōsolationis verba ita dixit. Præpara te

Ff ij

## FACETIAE

ad summā felicitatem ingrediendam, hodie enim vehe-  
ris in Paradisum. Ad hoc ægrotus. Hoc mihi profecto  
gratissimum est, nam si longa est via, non possem ire pe-  
dibus, adeo defessus sum & infirmus.

De sacerdote calui montis.

*Bfaff von  
Saglomburg*  
Sacerdos calui montis in Austria, de cuius facete vr-  
baneq; dictis integræ libri perscripti sunt, cū semel prin-  
cipi suo duci Austriae donare vellet grandem pîscem, non  
ante admissus est ingredi ab hostiario, q; promitteret ei  
mediam partem munera p rincipe accepti. Sacerdos  
facetissimus, hominis avaritiam exosam habens, noles-  
bat quicq; accipere a domino, nihil aliud q; verbera ex-  
postulans, quæ (cognita re) facile obtinuit. Et cum hosti-  
arius pro sua parte cedendus astaret, clamauit ille. Ego  
libere pono tibi tres munera partes, reseruas mihi vna-  
cantum, & hostiarium effictim cædi obtinuit.

De puella & amatore historia vera.

*M*  
Puellæ scitulam deperiebat quidam adolescens, & cum  
eam de coitu appellasset, negavit illa strenue. Sed cum  
perseueraret ille preceibus, cœpit puella non annuere, ve-  
rum remissius negare, quare adolescentem in bonam spem  
adductus, noctu postq; illa dormitum iret, occultauit se in  
lecto eius. Tandem cum puella veniret, adolescentemq; ins-  
opinato cōspicaretur, obstupuit. Indignataq; clamando  
eius ausum detestari videbatur. Hic adolescentem timidus,  
ne per patrem familias depræhederetur, dixit, Ne clames  
rogo, exibo eum si ita placet. Ad hoc puella. Nihil dico ti-  
bi de exitu, hoc vnu me male habet, q; tam arrogans sis,  
atq; tam bene tibi placeas, vt intrare ausis. ea nocte cum  
puella grauida facta esset, duxit eam adolescentem, atq;  
postea in coniuio rem gestam narrauit.

De virginе Vestali quæ rusticus grauidam fecit.

## BEBELIANÆ

Hoc anno. M. D. VII. quidā rusticus nō longe a Tusinga virginē Vestalem, quā nunc beguttā dīcimus, grā uidā fecit, vel si bene memíni duas, vnde est a matre suā acriter correptus. Cui homo alioqñ rūdis, facete respondit, Mater inquit, ex tuo p̄cepto feci. Docuisti em̄ semper me consuetudinē, & conuersationē habere cum probis, & religiosis. Dicebas enim verbis psalmographi, Cum sancto sanctus eris, & ego obsecutus tuis mandatis, ita sanctus & vir factus sum.

### De superstitione rusticorum.

Vetus est superstítio, & falsa credulitas rusticor̄, vt si cui mane lepus transuerso itinere obuius venerit, malū aliquid illi hoc die portēdi. Hoc cum cuídā rusticō in syluam pro lignis afferēdis cum seruo, equisq; plaustrarijs. p̄peranti, contigisset, reduxit ille equos. postridie cū rusticus iterū exiret, vtī pridie vidit seruus eius an syluā lumen, dñoq; indicauit. Ad hoc iste. Fortuna est, & optimū auguriū, teste etiā Plínio. paulopost cum equi pafsim, & sine custodia in pascuis irent, venit lupus, atq; vnum ex illis sapplantans, pro cibo exēterare cœpit. quod cum vidisset seruus, mox dominū vocauit, fortunā esse in equo dicens. quoniam Iupus caput in ventrem equi imposuit, quod rusticus vidēs, atq; falso augurio desceptus, factus est omniū fabula, atq; simul (vt dici solet. veteri proverbio) risum passus est & damnum.

### De quodam crepitum ventris ædente,

Quidā ciuīs Rotvulensis corā Sigismundo duce Austris oraturus, notabilē vētris crepitū ædidiit, q̄re ad anū cōuersus dixit oībus audiētibus. Si vultis vos loqui, nō est opus orōne mea. atq; nihil deterritus, p̄secutus est, orationē suam, qđ adeo gratū p̄cipi (qui hilaritate gauſ debat) erat, vt hominē honestissime tractaret.

# FACETIAE

## De pica loquente.

Erat cuiuscius Augustensi pica humana vocē edos-  
ta, quae cū sāpe audisset famulū proclaimare, vīnū dñi  
quattuor denarijs vēdi, clamauit & ipsa. Cum autē nocte  
quadā palmites vitiū ex pruīna magno īcōmodo affe-  
cti essent, vt vīna postridie duobus denarijs carius vēde-  
rentur, proclamauit nihilominus pica vīnū quattuor de-  
narijs, vnde magnus concursus populi ad domū domi-  
ni factus est pro emēdo vīno, quod alibi sex denarijs vē-  
deretur, adeo vt iūrgijs vīrū impeterent, q̄ vīnū non das-  
ret vtī proclamaasset. Quare concitatus dominus, pīcā  
īn lutū deiecit. Quæcum subleuata esset, vīdit suē acce-  
dente, qui totus erat lutosus, & stercore īquinatus, ad  
hunc pica, Proclamasti ne īquit etiam vīnū quattu-  
or denarijs: putauit em̄ vtī se, ita suē ī lutum deiectū,  
q̄ vīnū quattuor denarijs proclamaasset.

## De calliditate mulierū historia vera.

Quēdā adultera cōfessa sacerdoti habere se puerę ex  
adultero, nō marito, ea conditiōe absoluta est, vt viro q̄  
educauerat, indicaret, consensit mulier, sec̄ facturā pol-  
licet, ea q̄ calliditate fecit, Induxit maritū, vt flentē puerę  
psonatus deterreret, vt minis a fletu tēperaret. Vir dolis  
nesci⁹, accedit psonatus, puerū q̄ se ni taceret asportatu-  
rum mīnitātē. Ad quē vxor manibus gestans puerę, Abi-  
īquit male vir, iste puer nō est tuus, hoc q̄ sāpius repes-  
tiuit, atq̄ ita sacerdoti satissecisse sibi perfusaliſt.

## De pr̄posito Elvuangēsi.

Albertus Rechbergēsis p̄positus Elvuāgensis fēlicis  
recordatiōis, cū aliquādiu ī gymnasio Tūbingensi stu-  
diorę gratia morat⁹ esset, & parę profecisset, vt audietis  
ex verbis eius, tandem cum abire vellet, cum cōpluribus  
famulis eōtibus, accessit forū, atq̄ p̄fectū vrbis ex se-

# BEBELIANAE

Naculo p̄spicere iussit, atq; ita locutus est. Pr̄fecete si vñ  
q̄ querela & suspicio suborietur, q̄ ego asportauerim a  
Tubinga literas & scientiā, rogo excuses me. Testor em̄  
caput tuum, & omnes incolas non esse verum.

De quodā accipitrem comedente.

Cuius Biberacensis dono accepit a nobili quodā acci-  
pitre, vt p̄pararet eū, hoc est vt māsuefaceret, & iſtruereſt  
ad venationē, cuius intellexit p̄parandū pro cibo, atq; as-  
sum nobili inuitato apposuit, ille fastidiosus, atq; indis-  
gnabundus rūſtitatē ciuiſ omnibus prodidit.

De cāpone & viatore.

Diuertebat apud cauponē viator, atq; dum pro cōēa  
mēſa non eſſet ſatis laute, atq; pro cauponis volūtate in-  
ſtructa, deiecit ī pē caupo ex fenestrīs orbē vñū, quē nos  
discū vulgo vocamus. hoc viator cōſpicatus, pocula or-  
mnia, vaſaq; vīnaria, & quicquid in mensa erat deiecit.  
Caupo cum ſtomačofus, cur hāc faceret interrogaret,  
putabam inquit viator nos inferius coenaturos.

De viro in adulterio vxorē dephendēte historia.

Rasor dicit fuisse in Schaffhuſa oppido, qui cū ſemel  
domū ſuam ingredereſt, atq; adulterū ſuper vxore inue-  
niret, Q̄ amata inquit vxor, ſi hec volebas facere, cur nō  
in ſecretiore locum ſecellisti? Potes em̄ tu ipſa iudicare,  
quā male quadraret, parūq; probe aſtūm eſſet, ſi exte-  
nus aliquis eſſet ingressus, atq; adulterū abire iussit.

De quodam mendace.

Fuerunt adoleſcentes in cōuiuio nocturno, q̄q; terrifi-  
bile eſſet hominē ſolum noctu ambulare affirmabāt.  
Inter quos vnuſ erat glorioſus, & totus iactator, qui di-  
ceret ſe vnicō anno plusq; quadringētas noctes, eadēq;  
obſcuras ſolum per ſyluas, & campos egtaſſe, ad quod  
alius callide ſubiūxit, nōne Luna aliquādo fulſit, dixit

Gg

*Pabragm min  
Günigbm ist  
Grenzgängen*

*Lennar min  
Bramberg  
Grauek.*

mēdax præter illas. Sed tandem conuictus ab alijs, nō tot  
esse noctes vno anno, iussus est demere aliquas noctes.  
venitq; in prouerbiū, vt quādocūq; alijs & quo plus, &  
effusius rem laudaret, vel numerādo excederet, vt dices  
retur, deme aliquid. Ipse aut̄ mendaciū suum non aliter  
purgabat, q; diceret, also zerechnē, hoc est (si saltē beo  
ne possumus latine eloqui) loquendo sine diligentī exa  
mine, hoc etiā venit me auctore in prouerbiū apud nos,  
quoties aliquis fidem veri loquēdo excessit, vt cogatur  
dicere, loquendo sine diligentī examine.

Fabula facetissima de pulchra matrona.

MIn thermis ferinis erat quādā ciuīs dīues, & pulchra,  
cuius pulchritudo, & elegātia formae, cum nullā infirmi  
tatiē indicaret, q; siuit sacerdos quidā a famula ei⁹, cuius  
causa dīna eius balneū intraret, in qua nihil aduersę vale  
tudinīs appareret. R̄ndit famula, Prolis procreandæ il  
lam desiderio cruciari, istasq; thermas sterilitati mederi.  
Cui sacerdos, accipe inq; sanius consiliū. Tubingē sunt,  
plures adolescentes, quos studētes vocāt, Stutgardia cas  
nonici multi, in illis locis aliquis tandem inueniretur, qui  
eius naturę cōcors esset, a quo cōcipet. Plura insup mo  
nasteria esse, in q; bus alijs monachus ad hāc rē idoneus  
repiret. Ad qđ famula cū suspicio ait. Oīa tētauimus, ni  
hil pfuit. Rursus sacerdos, sapientius & varijs modis tētan  
dū erat. Timeo inquit famula, ne hoc nocuerit nobis.

Pulchra historia de quodam nobili.

Noti equitē nobilem, qui cum esset in coniuicione mul  
torum nobiliū, misit occulte seruum pro adducenda me  
retrice, qua cum nocte dormiret, & si adduxisset pro ina  
dicio diceret vulpem esse, si nō, leporem. Famulus cum  
rem procurasset pro voto dñi, accessit illū, oblitus quid  
vulpes, vel lep⁹ indicaret. Et cum dñs q; sisset, est ne vula

## BÉBELIANÆ

pes an lepus? Respondit, nescio per deum an lepus, vel  
vulpes sit, meretrix est infra in stabulo. atq; rem quam  
nobilis occultam esse voluit, omnibus detexit.

De rustico ægrotante.

Aegrotabat rusticus qdam, admonitusq; a viciniis, vt  
sit, vt se ad deū conuerteret, diuinisq; sacramētis puide-  
ret, acq;euuit, et iterim dū vicini p afferēdo sacerdote irēt,  
Rusticus ascēdit culmē domus, atq; tectū stramine refis-  
ciebat. Adueniēte sacerdote q̄situs nusq; cōparuit. Tan-  
dem in tecto visus, admonitus est a sacerdote, vt relictis  
alijs curis, ad deū se cōuerteret, quæsiuit an ne mori co-  
geretur; etiā, dixit sacerdos. Sciat deus, inquit rusticus,  
nunq; minori opportunitate, nec infēstitudinis fieri pos-  
tuisse q; nūc, nam messis est. Nec mihi adhuc segetes de  
messæ sunt, pluitq; mihi in foenū per rimosum tectū, vt  
vaccæ nolint attingere. Cui sacerdos. Mitte has curas,  
teq; moriturq; deoq; rationē redditurq; memineris. atq; si  
utrisq; sacramētis puideri vellet, q̄sfiuit. Respondit rusticus,  
dar nach man sie gibt, hoc est scdm q; vendunt cas-  
rius, vel vilius. & cum gratis dari respōsum audisset dis-  
xit, so bringt mir den gockel gar, hoc est, si ita est, afferte  
mihi rem illam ludicram & iocularem totam.

De quadam muliere citissime nubens  
te post obitum primi viri.

Quidā caupo erat ad pontem æni, vulgo in Isbruck,  
qui cum ad mediū annum valetudinarius vitā tarent  
cum morte cōmutasset, vxor eius funus prosecuta misé-  
rabiles edebat eiulatus, obstinateq; lachrymabat, adeo  
vt ducere eam cogeretur seruus suus, qui eam pro virili  
parte consolabatur. Cum vero ipsa quereretur se nemis  
nem habere cum quo cauponam administraret (vt mos  
tis est mulieribus multa conquerētibus) famulus sua in

Gg ij

## FACETIAE

hoes merita, qualiter quoq; notus esset declarando, appellauit eam de cōiugio. Illa inter eiulandum dixit, Ah nimis sero petisti, paulo enim ante alteri promisi.

### De rustico incomposito.

Erat cuidā nobili mulieri rusticus adolescens, q̄ sīmū ei in agrum vexit. Et cum prāderet rusticus in cōspectu dñae, illa cōsolata rusticū, & vt sine pudore largiter bibe ret, & comedet ammonuit, qd rusticus audiēs, O dñā inquit ego comedo vt̄ sus, & bibo vt̄ vacca. qd audiēs pr̄positus domus illius dñae, atq; rusticū de incompositis moribus corripere volēs, dixit. Vade ad cunnū matris tuae (vt̄ nostris cōmotis loqui mos est) quā impudicus & obſcēnus es corā gratia dñae meā (vt̄ etiā loquuntur adulatores nostrates, gratiā semper p̄ferentes domini n̄is suis, quos gratosos cōtra oēm vetustatē appellant). Et dum alterū de impudētia, & obſcēnitate morū argere vellet, factus est multo impudētior. Parī impudētia usus est pater rusticī adolescētis. Nam cum dñā patrē illius ammoneret, vt̄ cōpositiores filiū mores doceret, respondit, valde rudis est filius meus o dñā mea, sed si illi suā impudentiā condonauero, sufflate mihi in culū.

### De altero rusticō incomposito.

Alter rusticus portauit frumenta cuidā vīrgīni maxīe, quæ hodie abbatissa vulgo dicitur. Quæ cū interrogaret, quid rusticus afferret, R̄ndit ille, frumenta, sit venia verbis, ad qd ipsa, duce equū inquit ad stabulū, & comedas offellam, donec famuli veniant, & fructū reseruent. Tunc rusticus nulla petita venia, Cunnosa est inquit e qua, permīget, & permerdet totam aream.

### De quodam consule Vlmensi. Linzeni

Quidā seu cōſul, seu duūir cititatis impialis, quē ipſi magistrū ciuium appellant, cum venisset in legatiōe ad

fuit meus  
landsman

## BEBELIANAE

dñam Mathildim duce Austris, atq; inter orandū crepus  
tus vētris ædidiisset, nihil cōmotus est, sed pcessit in ser-  
mone. Qd cum dñā audiūisset, ac dissimulasset, Virgi-  
nes aut̄ eius ac pedissequē se inuitē aspiciētes, occulte ri-  
derēt, pepēdit & vna ex illis. Qd consul ille audiēs, atq;  
ab instituto sermōe digrediēs, Procedite inq; ex ordine,  
& post q; me ordo rursus tetigerit ego redincipiā. Vnde  
oēs sunt in risum effusissime cōmotæ, dñ acq; faceta eius  
responsione permota, magnifice eum tractauit.

De quadam muliere.

Quedā mulier in die parascueus (vt moris est Suevīs)  
decoxerat placentas, & cum incautius custodijisset, mu-  
res noctu corroserūt. Craftina die illa maritū timēs, con-  
silio est vfa vicinę suę, quō mures caueret, vt alias scilicet  
placētas decoqueret, & iuxta felē collocaret, que oēs  
mures abigeret, quod factū est. In sequēti nocte felis ipa  
oēs placētas deuorauit, in quaq; custodiā data erat.

De quadam mendace.

Quidā rusticus filiā vicini amauit, eamq; sibi in cōiu-  
giū darī postulauit. Qd cum inter aicos virginis tracta  
retur, omesq; illā ei dandā negarent, q; a mendacissimus  
esset, Vnus restitit, q; siuit em̄ an lusor esset, an vinosus,  
an alijs vitijs obnoxius. Et cū inueniret eū alijs in rebus  
probatū, laboriosumq; imprimis, solo mēdacio famosum  
dandā illi amicā suam p̄suasit, si enim oībus mendacia  
sua cōstant (vt dicitis inquit) nulli dampnoa sunt, nemo  
enim illi fidem habebit, itaq; nullum decipiet.

De quadam Suitensi.

Quidā helueti⁹ in alpibus pascēdi pecoris cura dete-  
tus, cū rarissime in tēpla deoꝝ veniret, semel instigatus  
a vicinis suis in hebdomada magna, quā & sanctam vo-  
cant, matutinis interfuit. Et cū solito more extinctis lu-

Gg ij

## FACETIAE

minib[us] tumultus fingere[nt], quē sudæi cōcitasse creduntur in captōe Christi, ille extracto gladio, in angulo fani stetit sūmo timore pculsus. & cū lumina rursus accende rētur, vīcīnū suū acclamans, quæsiuit, an ne vulneratus esset. Et interea vidit sacerdotes imaginē crucifixi portantes, & qm̄ non nouit in imaginē dixit. Ego bene cogitavi tantū tumultū non finitum iri sine homicidio..

De alio.

Alius in ijsdē mōtibus habitās, habebat filiū pastore, qui cū semel in vita sua in die palmar̄ venisset in delubru dei, vidit pueros simul, & iuuenes cū senioribus p̄içientes ramos palmar̄ in viam dñi, sic illius viam honorātes (vt moris est) ip̄e credebat malefactore esse, atq; educto gladio sūma vi impetebat, ita vt & ille, & asinus corrueret, atq; domū rediens patri nūciauit se cunctum populum magno timore liberasse, in quem em̄ rīxosum vt ip̄e credebat, oēs hoīnes impetu fecerint, nec domare potuerint, se vnū confecisse, atq; equam (sic em̄ asinum per contumeliam vocabat) prostrauisse in terram.

Quidā alius, in die palmarū ingressus templū, vase lactis pleno onustus, cum in cæmiterio (vt moris est nosbiscū) reperisset Iesum super asino ibi stantē, depositus apud illū lac suū, atq; ingressus sacrā ædem, orauit ibi aliquādiū. Quod quidā videntes, surripuerunt illi interim lac, simplicitateq; illius perspecta, os asini lacte illinierunt, vt asinū comedisse pastor suspicaretur. & cum rusticus exiens lac deesse videret, dixit ad Salvatorem. Cur mihi lac es furatus in noīe diaboli? & cum ex more Christus fingatur indice, & medio dīgitis erectis, instar iuramenta præstantium, dixit rusticus. Quid iuras periure? quod male habeas, nōne os asini adhuc lacte illitū furgum tuum liquide cōmonstrat; nec nisi interuentu illorū,

## BEBELIANAE

qui consciū huius rei erant, est sedata paulum irā rusticū  
aduersus salvatorem.

### De quadam nuptia.

Cū in nyssa oppidulo dñica nuptię eēnt celebratę, nec  
spōsa die lunę sacrificijs diuinis interesset, aderat hic fas  
cerdos qdā in sacrario aduena, q diceret alijs in locis cō  
suetudinē esse, vt spōsæ postridie sp intrarēt fana deorū,  
bonū auspiciū precātes, seqz mirari, cur id istic nō fieret.  
R̄ndit alter, Exitiosum esse vulneratis intrare tēpla, vul  
neratam em̄ credebat sponsam per maritum.

### Facetum dictum cuiusdā nobilis mulieris.

Cū Sigismundus archidux Austrię Elſatiā, Brifacogeā,  
quā Brīsgaudiū vocāt, pfecturā item Suevię duci Geor  
gio Bauaro vēd idisset, nec incolæ huic vēdirioni cōsens  
tire vellēt, Quidā eques auratus Bauarus huius negotiū  
conficiēdi legatus, cum castrū Phirt pertrāsiret, vxorēqz  
prefecti illius castrī extra castrū cum suib⁹ sedere offens  
disset, illa salutata qd faceret īterrogauit. Ad qd festiue  
dñā, audio( inquit ) nos futuros esse bauaros, ideo nunc  
idioma eorū discere attento ex suibus. Bauaros em̄ sues  
vulgus vocat, ob maximū eoꝝ in Bauaria puentū.

### De quodam minore.

Quidā frater de ordine minorū Martinianus, cū san  
ctum Franciscū pro meritis laudare vellet, ita conciona  
tus est, sibi ipsi respondēs. Francisce vbi vis sedere: apud  
virgines: Respōdit sibi ipsi, non. Vltra, Frācisce vbi vis  
sedere: Apud confessores: non. Vltra, Francisce vbi vis  
sedere: apud martyres: non. Vltra, Atqz sic deinceps de  
choro ad chorū ducens, cum non inueniret locum, quo  
tantū virum locaret, surrexit quidā rusticus. Si non pos  
tes aliter pater bone, loces eum ad locū meum. Ibo em̄  
ad cauponem tedium scilicet affectus, cum tam diu in los

Gg iij

## FACETIAE

cando sancto perstrepere. Dixit & alter, doleo profecto  
miserā tam sancti, & boni patris vicem, qui tam diu sta-  
re cogatur, quando ad tot annos sequaces eius nō dum  
locum inuenierunt quo eum reponant.

De alio.

Alter eiusdē ordīs cū de extremo iudicio diserte, hor-  
ribiliterq; disertaret, quō videlicet cōueniendū sit oībus  
mortaliib; in valle Iosaphat, cœlūq; vacuū fiat, oībusq;  
ān tribunal iudicis summo cū timore incertū iter sit ex-  
pectandū. Intrauit interea ædē sacrā Thomas tornarius  
mihi notus, atq; hāc discrepantiā viar; & fœlicitatis au-  
diens, cōtinuo abiuit, atq; O bone pater inquit, ego tuæ  
sententiaæ suffragabor in electione itineris. Iboenim ad  
capponem, bībiturus mediā mensuram vīni, donec deli-  
beraueritis quo eundum, vel vbi manendū fuerit.

De quodam deceptore.

In nundinis Francofurdensibus quidā neq; plumbū  
resq; vilissimas corio insuit, ac si res p̄ciosa ēt, atq; in cō-  
spectu cuiusdā diuitis negotiatoris, & multorū hominū  
fascē illum clā ab se abiecit, atq; postea leuauit quaeritās  
an quisq; in tanta turba rem illā perdidisset. accessit dis-  
ues parū probus, atq; suā esse cōstanter affirmauit. Cui  
deceptor. Est ne res p̄ciosa, vt apparet? p̄ciosam asserēte  
negociatore, non recipies inqt deceptor, nisi dono mihi  
dederis decē aureos, quos ille sponte obtulit, atq; abiēs  
corū aperuit, atq; vilitate rei perspecta, mox deceptorē  
conuenit, secq; fraudatū allegās, nisi ille decē aureos red-  
deret furcas mīnitatur. Cui deceptor, cur ergo mendaci-  
ter, et fraudulenter dixisti rem esse tuam? & apprehensa  
eius manu, veni inquit mecum ad prætorem, & de nostra  
improbitate experiamur. negotiator retraxit manū, atq;  
ab omni accusatione fugiendo destitit. Historia vera es-

# BEBELIANAE

Se dicitur, ut retulit mihi Bernardus huslin.

De magno anno Platonis.

Duo philosophastri in quadam caupona diuertebant ad hoīem senem & facetū, atq; cum noctu inter bibens dum multa de philosophorū sententijs disputatione, prēcipue de magno anno Platonis, qualiter post triginta milia annorū, iterum apud eundē cauponem, & in eodem diuersorio reciperebatur, tandem rogarūt senem, ut in terim symbolū facere differret, tunc em cum reuenerint symbolum soluturos pollicentur. Ad quod facete caupo, in exacto inquit anno ante videlicet triginta milia annorū etiam fuisse hic, symbolum habentes, & nondum solutum est, soluite ergo præteritum, & ego solutionem illius differam usq; ad futurum annum.

De duobus mendicantibus.

Duo mendicātes verbis rixabant adeo, ut unus alterū mentiri diceret, alter p̄cussuro similis, pugno q̄ minitās (quoniā mendacium inuisum est germanis, maximeq; homines de honestate creditur) dicas me mentiri ait. Ille verbera timens negauit se dixisse. altero saepius repetente, tu dixisti me mentiri, ille saepius negando tandem dixit. Tu mētiris ad os tuū, qd ego dixerim te mentiri. Ad qd alter, bene tibi pfecto q non dixeris me mētiri, alioq; tibi tuū os cōtudissem, ut posthac nulli faceres.

De quodam insulso beano.

Cum diuus Fœdericus Tertius tpe concilij generalis Basileā peteret, ac oppidū Rhinfeldā transire statuisset, ciues eius oppidi honorifice regem suū salutare cupientes, queritabāt sacerdotē eruditū, & idoneū, qui munere oratorio fungeretur. Obtulit se quidā beanus (ut barbare vocamus eum qui barbaris sit, & homo īdoctus, in cultisq; moribus deformis) qui vel Zvickauiae, vel Da-

Gg v

## FACETIAE

uentriæ, vel Burspachij in militia lñaria desudauerat, & cū vniuersus populus, totusq; ordo clericorū cum sacras mento eucharistiae obuiā processissent Cæsari, insulfus beanus (vt barbare de barbaro loquar) nihil aliud dixit, nisi beneueneritis dñe rex, qua salutatione ob sacramēti rcuerentiam, vix risum Cæsar continuit.

De seruo cuiusdam nobilis.

Quidā nobili seruierat, & cum dñæ suæ, quæ erat in thermis, folium arboris e cruribus amouisset, mulier indignata, q; crura tetigisset (est enim superbissimum genus in terris dotata mulier) mox balneum exiuit, atq; virum ut illi toto territorio suo interdiceret, coegit. Seruus autem in aquis spaciabatur, quoniam terra esset ei interdicta. Tandem reconciliatus dixit ad dominam. Si ego posthac fascem virgarum in pudibundis tuis viderem, o domina, ego nolle me ripere, atq; extrahere.

De quibusdam populis.

Narrauit mihi homo fide dignissimus apud me, se ait disce, cum quidam populus conuentū haberet consultus, an militandum esset Maximiliano: & cum iuramēto aliquid firmare vellet, surrexisse aliquē, atq; ita dixisse. Primum iurauimus nullum annū stipendiū accepturos a principibus, posthac iurauimus nulli principi militaturos. Tertio iuramento reuocauimus nostros a Mediolano. nunc iterū iurandū est. Ego vt per iuria vitemus, consilium do, iure iurando cōfirmare, nihil posthac nos eorum, quæ iurauerimus seruaturos.

Facetum dictum & ridiculum.

Erat cuiusdam nobili viator, & tabellarius, quē cum domū ad oppidulū suū ab Augusta misisset (vbi prīcipes Suevorū foederis conuenerant) occurrit ei quidam oppidasus, qui sibi prudētissimus videbatur, quesivitq; (vt mo

## B E B E L I A N A E

vis est nostris )quas nouitates referat. Respondit viator  
per pauca esse noua, Vnū tamē esse hoīem Augustæ cō-  
bustum, qui falsum cōmiserit. Cum rogatus esset dicere  
qd̄ falsum? Respondit illum niues post formacem ( vbi  
summus calor esse cōsueuit)indurasse ac siccasse; atq; p  
sale vēdīsse. qd̄ ille insulsus homo credēs, cūctis narra-  
uit, seq; cūctis triuīs fabulā fecit, qui Sybillę folia collis-  
gerī se scire volebat. Res gesta ē, atq; mihi cognitissima.

De pigrā muliere.

Cū quedā mulier vapularet a viro, maxie ob pigritiā,  
cœpī eiulando clamare, cur me percutīs? nihil em̄ feci.  
Propterea em̄ te percutio inquit vir, quia nihil facis.

De monasterio monialium.

Scio monasteriū virginū Vestaliū, de quaꝝ pudicitia  
& continētia cum semel quererē quēdam illarꝝ vicinū,  
Respōdit mihi ille, nullā in toto cōuentu castam prāter  
vnam, quae ideo casta vocetur, quia nondū peperit, cete-  
rum dubitari de virginitate eius, oēs alias esse matres, et  
quasdā habere nūerosam prolē. prāsertim virginē maxi-  
mā, quae abbatissa a nobis dicitur. Subiunxit tertius ho-  
mo facetus. Verū est, nisi em̄ sāpe mater facta esset, ex  
institutione & regula earū repelletur ab officio.

De quodā adultero gruniente more suis.

Quidā adulterij cōmertiū habuit cum uxore pistoris,  
cum qua dū nocte quadā esset, maritūq; domui appro-  
pinquantē videret, cōsilio amicæ in stabulū porcoꝝ qd̄  
sub scalis erat, ppere se priuipuit, adueniēs marit⁹, et stres-  
pitū(nondū enim cōposuit se ille)audiēs, quis es tu? in-  
qt, ille more suis primū grunire cepit, vt erat instructus  
ab adultera, sed pistore instantius querēte dixit, sum mi-  
ser porcus, qua voce adeo exterrebatur pistor ( diabolis  
cam vocē existimans, quā ille terrore nimio horribilem.

110

## FACETIAE

ediderat) ut e vestigio domum fugiendo relinqueret, ad  
ulteroq; liberam abeundi facultatem præberet.

### De rustico lentino.

Rusticus lentinus a lentibus dictus, scurra & parasitus notissimus, apud Blancā Mariā reginā augustā, atq; alias principes milieres, cū sequeret militiā regis in Vngaria, & alibi apd' Gallos, Morinos, & Sicabros &c. no lebat interesse plio. Dicebat em̄ nemine ibi tūc esse qui esset cōpositor, armag; ab armis disūgeret; vt si fit apud rusticos in dedicatiōibus sacrag; ædiū. Idē semel esuriēs rusticū accessit, seq; ei apē (ita em̄ totū examē vnius aliue arī, apd' nos dicit) si lautū ei prandiū apponere, mōstra turz; pollicetur, qm̄ alio festināti inutilis sibi esset. Cōsen sit rusticus, seq; postq; saturi essent, multis instrumētis q bus ad cōtinendas apes opus est, instruxit. qd cū vidis; set scurra, nō est opus tam multis, dixit. sed cū venissent in campū, & frustra iamdiu spaciati eēnt, dixit rusticus, credo me delusum esse, non pfecto ait scurra, istis enim floribus hodie vnam insidentē vidi, nec de pluribus dixi. atq; rusticum delusum remisit domum.

### HISTORIA DE PHILIPPO COMITE DE Rauēstain, & Conrado de Rosa ex pugna pugnis.

In eo plio quo MAXimilianus adhuc archidux Austriae, & Burgundiae, mēorabili clade, multisq; hostiū milib; occisis, victrīci dextra pfligasset Ludouicū Franci genarz regē, Caroliq; strumosi patrē, apd' Morinos nūc terrauanā dictā, nec magnū dānū accepisset, nisi in im; puberibus valetudinarijs militib; mulieribus & sacerdotibus, quos oēs alio itinere Galli equites forte septin genti in castra nostra irrūpentes ad vnu occideūt, prēter paucas meretrices, (qd Christianissimo minē conueniebat, ne dū christiano) nō defuerūt in exercitu nō equis.

# BEBELIANAE

tes, qui etiā pugna excedentes, fuga salutē quereret, præsertim Philippus comes Rauenstaīnus cū suis equitum copijs totis, quaꝝ præfectus erat, festināter abiuit, timore ne, an pditōis gratia nescio. cū quo fuit Cōradus Ro sensis scurrilitate, & iocis apud regē MAXimilianū hodie gratiosus. Et cū quidā in pñtia comitis ad Conradū diceret, velociter eū abīsse. Verū est dixit, sed multo me velocior est comes Philippus, q fugiēdo duobus me mi liaribꝝ præcessit. Et cōuersus ad comitē iocaf in eius furgā, dicens. O dñe Rauēstain q optimū habes equū, qui tā velociter currīt. Nam cū ego eq lassitudine cogerer sub sistere, tu cū tuo duobꝝ adhuc miliaribus sumā vi, & cal caribꝝ admotis eqtaſti. Comes ille nūc est Genuæ p̄fēctus ab rege Ludouico, q quali sit in Germāos aīo, ſēpe declarauit. Hęc est veriſſima historia pliſ apd Morinos, quā Cronicarij Frācīgenę varijs coloribꝝ defucat, contra q̄s ego ſuo tpe plura ſcribā in apologia mea pro Cæſare Maximiliano contra Robertum Gaguīnum.

De quodam simplice fratre.

Quidā frater laicus quē conuerſum vocat, cū a ſuo pa tre, & priore (vt ita loquar) missus eſſet Coloniā Agrip pinā, vt venderet equū, frater ligato equo ad palū, deam bulauit hincinde in calopedibꝝ ſuis, nec more aliorū in foro equario hincinde equitauit, an vſpiā emptorem inueniret. Tandē cum ad eum ciuīs quidā Coloniensis veniſſet, atq̄ quid faceret, interrogaret, respōdit frater. Nescio. Cui ciuīs, Cuius eſt equus? Ad hoc frater. Ego debeo vendere. Non hīc ſedendo, vendes inquit ciuīs. Quid ad me? ego talia nō curo, dixit frater. Cui ite ciuīs. Valet ne? Ad hoc frater. Ego credo, ſi valeret Pater noster non vēderet. Cuius ruditate perspecta, ciuīs iusto prelio mercatus eſt equū, atq̄ fratrem remiſit domū. Eſt

# FACETIAE

ad huc apud nos in puerbio contra negligentes, vel nullam curam gerentes, si pe talia non curat.

## Contra Curtisanos & indoctos.

Miserandū est, & lamentandū, q̄ adeo sine delectu sacerdotia, & bñficia cōferuntur, atq̄ gratiæ expectatiuæ (vt cū vulgo loquar) indoctissimis q̄busc̄, p̄fertim curtisanis. qui cū sint nullius, nec studiū, nec eruditiois, p̄ficiuntur Romam, atq̄ in despectum literatorū multis bñficijs & curatis quidē dotati, repetāt domū in maxima pnicie, & interitū ecclesiaꝝ, et animar̄ fidelitū. Qm̄ nihil vñq̄ aut voluerūt, aut potuerūt discere, nisi curare asinōs, atq̄ vt iþi loquūtur, practicā cancellariæ, p̄ circū uentiōe simpliciū sacerdotū repeterē, atq̄ discutere. Nō so tñ de oībus loqui, qm̄ & docti, & p̄bati viri etiā inueniunt in hoc ordine. Sed vt ad institutū veniā. Quidam illor̄ dicitur venisse ad quendā pontificē pro beneficio, a quo cū esset requisitus quoc̄ haberet beneficia, respondit tres. Ad hoc pontifex, Sufficit tibi vñus. atq̄ eum a se repulit. Fecit aut̄ sicut alius quidā idiota, a quo cū quesitū esset ab examinatore, vt vocant Constantieni. Quoc̄ essent sacramēta. Respondit tres. Ad hoc doctor cōfors, miter loquēs, quesitū dixit ille asinus. thuribulū, baptiste riū & campanile. Alter nuper quesitus Constantiae, Cus̄ ius diçceos esset. Rñdit, sum de Altenbulach. ita em̄ vocabat eius patriū opidulū, qd em̄ diçcesis esset ignorabat. Illi dum sacrificant diuinās opationes, vt nuper quidā iocatus est, dicit Christus ad matrē. Vale mater, vado enim iterū crucifigi. alludens ad ignorantia illorū dum peruerse, & corrupte legant sacras & mysticas litéras. Ego vidi duos simul orantes, & cum vñus dixisset. Surrexit Christus alleluia, alter nescius quid responderet dixit, ita per deum vñium alleluia.

## BEBELIANÆ

### De quodam Blasphematore.

Erat quidā Rotenburgi cis Neccharum (qui propter maximas blasphemias quibus diuōs detestatus erat) vī timo supplicio deputatus, vt in aqua suffocaretur. & cū iam exiret, festinanterq; cursitarent pueri, vt huic rei intercessent, ille ad festinantes pueros conuersus, respirate paulum ait, & nolite adeo festinare. Nam & ipse segniter incedens huic spectaculo adero.

### Testimoniuī cuiusdam Tubingensis.

Quidā Tubingēsis in testē adduct⁹, tale testimoniuī des. dit. Ego iacui & dormiui, attamē vidi & audiuī, q; actos. rēligione p̄cuteret ad caput, nescio tñ an tetigerit eū.

### Contra curiales Rōm.

Narrauit nuper quidā in corona conuiuant̄, maximā esse perfidiā Romanor̄, fidēq; venalē, apostolicæq; cus. rię familiares, corrosores esse pecuniar̄, egregios, vti ip̄e sua crumena luculenter esset expertus. Respōdit vnum, optime eos & more suo facere, nisi em̄ ita facerent dege. neratiros a maioribus & conditoribus suis, qui fuerint, prædones & raptore, alludens ad Romulum.

### De quodam ebrioso.

Quidā hostiarius Schelcklingensis, cū semel noctū ebrius factus esset in capona, vt vix rationis compos. esset, atq; reduceretur domum, in itinere nescio qua ducentiū in curia, permultos gradus in quoddā cellarium cecidit. Illi timentes de periculo hominis erexerūt eum, ad quos ille letabundus ait. O q̄ pulchrum est si quis no. uit alphabetum recte, & præpostero ordine.

### De quodam ebrio.

Est quidā sacerdos in Vrach de ordine clericor̄ in cō. munī viuentiū Alexius noīe, lunatic⁹ & statutis t̄pib⁹ parū sanus, sed mēte captus. Ad quē in æde sancti Amā

## FACETIAE

diferio deambulantē, accessit alter villan⁹ sacerdos, pētēns, vt pateret se ei cōfiteri peccata sua. Alexius libere annuit, incēpit sacerdos confiteri, quō priori nocte ad vomitum vscq; ebrius fuisset apud Carthusianos Boni Iapidis, ad qđ indignatus Alexius, alta voce clamauit. Benedicat tibi potū diabolus, qui te absoluāt, atq; ita cū magno clamore cunctis hoībus sacerdotis ebrietatē de texit, atq; sine absolutione hominem dimisit.

Ridiculum factum cuiusdam Tubingensis.

Habemus incolā Tubingensem, p̄ter sūrā opiniōem, mihi par⁹ literatū visum, cuius mater cum semel gallinā in quodā facello cōsecrato capere vellet, Desine ait m̄, nam illius gallinæ non habebis me comanduconē, quę ecclastica libertate gaudet, afficies em̄ te & nos om̄es maximis incomodis & periculis, volēs eam excōmunicatā esse, si vim gallinæ in facello itulisset, quā rē postea in balneo mater bonis aīcis narrauit, docēs pulcherrimū esse liberos īstitui in bonis artibus, quātoq; se ip̄a periculo exposuisset, nisi filius līatus interuenisset, monstrauit. Idē semel ad me dixit, sacerdotes mltū grauari, si qđ tidie celebrare diuina cogerētur, sibi si qđ beneficiū conserret, paratū bis in dīe celebrare. Illius ip̄ius cū nup qđā eruditōem iocose cōmendaret, pollicitus est alter, si oīs illius eruditio in venenū mithridaticū verteret, īipi gre, & sine formidine imbībitur. Longam historiā face rem, si totum hoīem, resq; eius gestas descripsero.

De duobus filijs cuiusdam sacerdotis.

Nosco sacerdotem, cuius concubīna cum duos filios ei peperisset, iocabatur ille se habere fidelem ancillam, quę cum sine suspiciōe potuisset vnum filium suppressisse ei & occultasse, ambos reddiderit.

Historia de Iudæa filiā pro Messia parientē.

## BEBELIANAE

Cū olim essem in Boemia, audiui talē historiā, quenā  
dam Christianū amasse Iudaicā puellam, quā cum fecis-  
set grauidam, ita puellam cōmunicato cōsilio liberare a  
periculo conatū esse. Nocturnis eī apparitionibus do-  
mū incusauit, horribilic̄ voce parētibus puellæ plusc̄  
semel denūciauit, filiā illorum verū Messiam pariturā.  
Illi re delata, ad Iudæos vīcos, consiliū capiūt, vniuer-  
sis Iudæis hoc īsinuandū. Conueniētibus igitur ex o-  
mnibus regionibus Iudæis ipsa enixa est puellā, vnde  
non parum conturbata est omnis Israel.

De nebulōibus, meretricib⁹, & sacerdotū filijs.

Est verissimū prouerbium apud nostrates, nullū esse ge-  
nus in terris, qđ plus velit, & cupiat honorari, sibiq̄ ho-  
nores in omni cōuentu exhiberi, q̄ hoīes nihilī, nebulō-  
nes, & meretrices. Nec esse genus in terris, qđ minus q̄  
illi conetur ad virtutes & egregia, vnde honores debent  
cōsequi. Qz cum nuper in quodā colloquio de superbia  
illius generis loqueremur. Dixit vñus, quālibet meretri-  
cem optime, & acutissime videre, quę alteri sui gñis tur-  
pia sint quæq̄ eā dedeant, nullā tamē ex turpitudine a-  
liarū reddere se inde meliore. Ego aut̄ allegauī lūrenalē  
in sexta Satyra dicentē, Illas bestias citius, & libentius  
vno oculo esse cōtentas, q̄ vno viro. Ad qđ alter facetis-  
sime. Quid plura īquistī dicimus, meretrix m̄tominus  
vno amatore cōtenta est, q̄ mendicus vno domo, qui si  
victū mendicare velit, cogit non solū vīcatim, sed & do-  
matim lamētari, & flendo petere. Alter, sacerdotū filios  
affirmabat sup̄bissime esse naturæ, atq̄ aut oīno pbos,  
aut oīno nihilī, atq̄ neq̄ hoīes. Ad qđ alius hoc ego ex-  
perientia didici aīt, sacerdotes fugere solere liberos suos  
dū infantes sunt, eorūq̄ vel p̄sentia, vel cōmemoratiōe  
pudore affici. Ecōtrario liberos illorū dum adoleuerint,

Hb

## FACETIAE

Viris facti fuerint, fugere patres, atque odio habere pbro-  
sam suā generationē, dum vetuli eorū sacerdotes iā glos-  
rioli ex illis haberī velint, eosque iactanter ament.

De monacho sene deflente suā impotentia.

Dixit mihi quādam cōtigissē sibi p̄fisi dū in indulgentijs  
aplicis (vt vocant) semel cuīdā monacho, puectae ætatis  
confiteretur, atque suam militiā venereum in om̄e genus  
muliebre exercuisse narraret, effuse monachū fleuisse, as-  
deo ut ip̄e in magnā deueniret desperationē, q̄ illū flere  
ob sua peccata maxīa existimabat, ita vt qđ incēptaret  
vel quo se verteret nesciret, oīs enim salutis spes abierat  
Tandē monachum collecto anō consolatū esse, atque dis-  
xisse, Non timeas fili, animæ ēm tuæ, atque saluti adhuc  
optime consultū erit, dū doleas de peccatis. Ego ēm ob  
nihil aliud fleo, q̄ q̄ mihi reuocaueris in memorīa flos-  
tentissimos annos exactos, in quibus etiā vir eram. Sed  
amplius proh dolor in ea re militare non possum, hoc il-  
le mihi iure iurando sibi factum affirmauit.

De monachis quibusdam.

Audiui ab alio qui adhuc viuit in magna hoīm exia-  
stimatione, qui dicebat se venisse ad quoddā monasteriū,  
& cum conuenisset aliquos nouitios (vt ip̄i vocat) interrogassetq; an non haberent aliquam secum domi-  
nam, & bonā amicam? Respondisse illos, nō, affirman-  
tes nisi patres futuri essent, eis non licere.

De quodam impotente.

Cū quidā apud amicā suam hyeme impotēs esset, lan-  
gueretq; instrumentū ḡnatium, atque puella sūmo pudore  
affectū videret, Non cruciere iquit, frigoris ēm culpa id  
sit. Non p̄ fidē meā inq̄t adolescens, nam hoc idē plusq;  
semel mihi fecit in æstate, dū calidissimus esset dies..

De quodam nobili.

## BEBELIANAE

Narrauit mihi nobilis quidā dum pfectus esset cū so  
tero suo ad ep̄m Spirensem, eo primo anno, qñ duxisset  
vxorē, cogereturq; simul lectorz penuria dormire, noctu  
in somnijs se sacerū contrectasse dum vxorē esse crede  
ret. & sacerz euigilatū clamasse, Desine gener queso, fili  
am em ob hoc tibi dedi, vt ego a te tutus essem.

Facetia ex Ioanne Gersone.

Matrona quedā venerat Aurelianū, & vidēs illīc mul  
tos adolescentes scholasticos, q̄siuit quidnā facerēt, r̄nde  
bat eos literarz studijs operā dare. Ad que illa. Quibus  
literis; Iuri ciuilī respondeſ. Illa ſo in quē finem? Qua  
les sunt illī futuri? dicebat. Vt fiāt ſeculariū cauſarz tra  
ctatores cauſidici, atq; litiū patroni. Heu clamabat illa,  
ſolū eſt in patria mea vñ° cauſidicus vel pcuator, & fer  
me tota patria per eius nugas & vaſritias deſtructa eſt,  
quid nūc fiet de tam ingentiſ ſcholasticorū claſſeſ?

De ratione cur filius patrem ſequatur,  
& filia matrem præcedat.

Dum querit a nřatibus, q̄ cauſa sit quare filius patrē  
ſequat̄, & filia matrē præcedat; R̄ndent mulieres nō ine  
pte neq; falſo. Filiā præcedere matrē ideo, q̄a mater tutā  
& certa ſit ſuā eſſe prolē, filium aut̄ ſubſequi, ideo quia  
pater filiū a tergo oſtentans, dicat hunc ſe credere ſuum  
eſſe filiū, & quia fallī poſſit per vxorē, ideo propter hoc  
dubiū ſequi debere filium. Certa em oculis ſubſiūtūr,  
incerta a tergo videmus, neq; oculis directis.

De quodam carbonario.

Princeps quidā potētissimus, grandē theſaurum am  
bit triū candidatorz fuorū, atq; primoꝝ perfidia, furtoꝝ  
qui maxia præmia proposuit illi, qui ſibi ablatū indica  
ret theſaurū. Habitabat autē in vicinis nemoribus car  
bonarius quidā, ſumma omniū rerum penuria laboras,

Hh q

## FACETIAE

qui cum talia audisset, cogitauit intra se ægestatē suā atq; vulgare proverbiū Sueuorū quo dici solet. Bonum prandīū pollere, & pensandū esse patibulo, hoc est non detrectandam esse suspensionē pauperibus propter bos num prandiū. Quare isto prādīo paupertatē finire constitūēs, accessit principē seç (detur modo triduū pro de liberatione) thesaurū indicaturū pollicet. Princeps intra conclave carbonariū inclusum, lautissime epulari mandauit. Prima aut nocte dum iam satur esset, dixit. Deus bene vertat (vti nostri dicere solent) Iam vnum accessit, credens vñā diem abiisse. Stabat aut vnum furū ante cōclave, exploraturus, qd iste faceret, atq; cū hoc audisset, mox ad suos rediēs, mōstrauit qd audierit. Altera nocte, accessit alius pcepturus, qd carbonari⁹ ageret, & cū carbonarius more solito laute cœnasset, dixit vt ante, scđs accessit. Fur ille mox ad suos auditā retulit, & cū tertius certa nocte venisset dixit, tertius & vltim⁹ adest. Vñ il⁹ si tres cōiter carbonariū accedentes, atq; thesaurū defarentes, maximis muneribus donatū rogāt, ne se deferat thesaurūq; principi īuentū restituat. Quē ille cum posstridie principi afferret, ditatus est ab eo largissime, atq; vscq; in finē vitę suę, vatis honore dignatus. Hæc est potentia fortunæ, qd re vera etiā non frustra dicitur audētibus præsto esse, quæq; maximos s̄ape & insperādos hominum conatus, potenter adiutare visa est.

De fratre minore monialē grauidā reddente.

Quidā frater deuenit in monasteriū monialium virginumq; Vestalium, & cum humaniter esset ab eis tractatus, cœpit pro gratiarū actione concionari de fide & doctrina Christi, & cum ad virtutes summa eloquētia cohortaretur, noctu vt hominē quibus possent honoribus prosequerent, in publicū earum dormitoriū collocarūt.

## BEBELIANAE

Et cum nox intempesta accederet, cœpit frater clamare alta voce. Non faciā, non faciam, non faciā. Moniales expergesfactæ accesserunt, atq; consolatæ sunt fratrem, atq; cur fleret, atq; clamaret interrogauerunt, dixit ille. Vox de coelo venit iunioris amplexibus fruaris, ut inde episcopum procreas, sed ego oīnō recuso, quod sorores intelligentes adduxerunt ei iuniorem. Quæ viso fratre cœpit refragari quadam verecūdia & retro ire, quod aliae videntes dixerunt se in primis voluntariæ, si quid tale ab eis peteretur. Tandem illa paruit, atq; exacto tempore filiam peperit, vnde correptus frater dixit. Quia non fuit voluntaria, nec diuinæ voluntati morigera, ideo in poenam peccati filiam peperit.

113

De ignaro sacerdote.

Prius detestatus sum, seu ambitionē & avaritiā, seu pueram quorundā malevolentiā, dum sacerdotia & beneficia q̄ dicunt, indoctissimis plerūq; cōferūtur, q̄ merari solēt muneribus & fauore (dum docti hoīes negligunt, nec possint emergere) Nunc iterū ostendā quid, pueniat ex illoꝝ ignorantia. Cōmissa fuit cura pastoralis cuiusdam pagi sacerdoti in primis rudi & indoctissimo, qui cū sepelire vellet gladio interemptū quendā in adulterio deprehensem, affuerat ei tunc inopinato vicinus sacerdos, qui cōsuluit prius episcopi cōsensum petendū acqueuit ineptū capitulū, atq; episcopū accedens flexis genibus dixit. Proficiat venerabilē patrē. Episcopus tacuit, atq; hoīnem indignanter aspexit. Tum rursus ille: Proficiat venerabilē patrem, Ioānem de Luterbach est mortuū, non elatū (id est oleo vñctū) non crismatū, non sepultū sine crux sine lux, & sine deus, & nihil amplius latine sciēs loquī dixit, Her sol ich in in dē kírchoff graven, i. domine debedo eū in cāmiterio sepelire. Respon-

Hb. ij

## FACETIAE

dite episcopus. Non. Cui sacerdos. Quare Ad hoc epis-  
scopus . Quis te ordinavit( vt illo verbo ecclesiasticorū  
vtar)in presbyterum? Respondit sacerdos,Ir herr,id est  
vos dñe. Cui episcopus. Quādōc Ad hoc sacerdos sumis-  
misse. Herr vuissendt ir do ich euch die .x. guldin gab,  
hoc est . Domine scitis quando ego vobis decem aures  
os dabam , Nostri enim vnum alloquendo dicunt vos,  
si est maior, aut dignior nobis minus latine. Ita episco-  
pus propriam culpam inuenit,& extorsit.

De alio,

Alius erat, qui promisit episcopo centū se oues datu-  
rum, si in sacerdotē eum ordinaret. consensit episcopus  
Postq; ille adeptus esset sacerdotiū, venit ad episcopum  
centū secum oua portans. Cui episcopus. Oues mihi ins-  
quit, pollicitus es non oua. Ad quod sacerdos. Non est  
magna differētia inter ves & va, id est inter oues & oua  
& quæ me latuit tuta culpa est, qui nesciuisti mecum cau-  
tius mercari, nisi enī ignarus, & indignus sacerdotio  
fuissem, nec oua, nec oues promissem,

De alio sacerdote,

Quidā ignarus & rudis facellanus, quē capellanū vo-  
cant nostri, vice Paręciani vñcturus infirmū, vedit apud  
illum stuppas( vt moris est) pro abstersione locorū inuns-  
ctorum præparatas. Et cum fluctuaret, cuius nam causa  
comparatē essent, tandem infirmo sumendas iudicauit,  
quare tris in partes illas diuidens, dixit. Aperi os. & as-  
pergo ori primā partem intrusit, quā magna cū difficultate  
infirmus deglutiuít. Quo facto dixit sacerdoti. Bo-  
ne dñe, quot adhuc suspunt. Rñdit ille. Duæ. Ad qd in-  
firmus. Si adhuc vñā deglutire cogar, mors mihi certissi-  
ma est. Hoc factum est in oppido Schorndorff.

De alio,

## B E B E L I A N A S

In oppido Kalb quidā sacerdos vñcturus infirmū oleum sacrū secum attulit. Cui æger dixit. Infunde mihi in vasculum, & appende ad caput lectuli, reuertereq; paup̄ iopst, quoniā iam fieri non potest. Consensit sacerdos, atq; abiuit. Interim egrotus totū oleum exhausit, reueniente sacerdote, dixit ille. Bone dñe factum est, ebibi em̄ totum. Cui sacerdos, Benedicat (vt ecclesiastico more loquar) tibi diabolus ingurgitationem tuam.

De alio..

Alius indoctus sacerdos, sed peioris vite, quoniā hoc anno perpetuo carceri mācipatus est, cū viri cuiusdā ægrotatis membra quæ deliq̄ssent vnxisset, coepit & vngere virilia eius. Cui ægrotus. Si membra quæ deliquescunt vngenda sunt, adhibe hic p̄cor multū olei, nam ille omniū membrorū meorū peccator est maximus.

De alio..

Alius mihi notus, cum corpus dominicum capite in terram verso eleuasset, fuit interrogatus cur ita fecisset. Timebam dixit, ne foeminae ei decideret.

De alio..

Concionatus est alter tres se h̄e particulas, maxiaq; & lōgissima mulieres tāgere velle (voletbat em̄ sermonē diuidere in tres partes, vt dicūt, & acerime inuehi, & lōgissimis ybis in mulieres) qđ audiens rusticus, vocavit vxore dicens. Ex eas mecum Greta mea, tangat sacerdos sua particula diabolū, te hodie nunq; continget.

De monacho.

Audiui concionantē fratrem vñ de obseruatiōe misericordie, qui dum detestaret vestium luxuriā, & impudentiam, tandem concludit. Amasq; vrbis nostræ nūc adeo propendūt virilia ex tibialibus (quas vulgo caligas vocant) multisq; lintheis (quas camissas vocat) inuoluūt, vnd so-

# FACETIAE

die metzen vuenen es sie zumpen , so sindt es lumpen,  
hoc est,dum puellæ credunt esse penes,sunt linteæ,

De morituro.

Quidā moriturus dixit aīco astāti,putas me moritur? :  
at ille. Collige te & conscientiā,vt rōnem sūmo deo exa-  
ctæ vitæ reddas,nam morieris cito,& nō viues. Ad quē  
ægrotus . Affer mihi inquit foeminale meū( quā brachā  
vocat) Quæsiuit ille,ad qd opus habess: Rñdit. Cū mo-  
riar,vt contegā culū meum ne vermes ingredi possint,

De sacerdote baptisante.

Sacerdos baptisaturus puer p̄misit(vt moris est)ex-  
orcismū, & cum venisset legendo ad eum locum vbi dis-  
citur. Lutum fecit ex sputo,mulier tenēs puer, aliquid  
pulueris leuatura de terra,dorsum curuauit,& anū apes-  
riens horrendū sonitū emisit. Sacerdos audiēs,substitit  
a pposito,& dixit. Ecce quāta vis verborū meorū,māda  
ui diabolo,vt exiret,exiuit ille, & totū locum foetore im-  
pleuit,vt oēs experti estis. Ml'ier aut pudore affecta,nec  
audiēs quid dixerit sacerdos. Bone dñe inquit,nonego  
sed puer fecit. Quare sacerdos iratus dixit. Det deus pu-  
ero illi morbū herculeum( quē nostri caducum vocant)  
Si enim ita impudenter se gerit coram honorando sacer-  
dote in isto flore ætatis,in senectute quid fiet?.

De loco faceto.

Vuendelinus Stainbachius theologus insignis, atq  
hoc tpe gymnasiarcha Tubingensis,habet cocū Guiliel-  
mū nomie,raro sobriū & perfacetū, qui cum nuper cuiſ  
dam adolescenti bonæ indolis dixisset. Scis causam cur  
posteriora tua tam turpē habeant foetorem? silente pris-  
mū adolescentē dixit. Ego dicā tibi,Obstetrix primū ne-  
glexit eam partē,nec satis abluit. Cui ex tēpore & inop-  
nato adolescentis,desine inquit ita sentire,nam aer illius

11

Widerklänge.  
Brücke.



## BEBELIANAE

regionis ita pestilis, & foetidus est, qui eum locum occu-  
pauit, & ventus qui perflat non locus ipse.

Fabula de sacerdote & dæmōe, eorūq; cōtrouersia.  
Quidā sacerdos rudis & inprīmis illiteratus, euocatus  
rus ab hoē dæmophoreto, hoc est dæmōe obſesso, mali-  
gnū spiritū, ita dixit. Male spirite veni exterius. Cui res  
spōdit dæmō. Nollo. Sacerdos, q̄re nollis? Dæmō. Quia  
rumplas in grāmatica, i.e. deſtruis grāmaticā. Sacerdos.  
Bonam est latinā, dum te fugabo ad latrinā. Ad hoc dia-  
bolus. Q; rudis, & imperitus erit dæmon, cui tu ademe-  
ris animā. Nam quicunq; suā tibi aīam cōmiserit, necel-  
ſe est, vt vel ſemel in hebdomada illi intendat. Inde orit  
prouerbiū vetus, quo ignaros ſacerdotes deludimus.

De Michaele monedula.

In oppido Kircha domini Vuitbergensis, qdā scho-  
lastici volebant eripere ex foraminib; turriū ſacrarum fall  
ædium implumes monedulas (quas & graculos vocare  
poſſimus) & cum quidā Michael noīe per funē demis-  
ſus eſſet a turrīs peribolo, vel loricula, hoc eſt circuitū te-  
cti superioris partis, vt nidos deprædaretur. Cū ampli-  
us ob nimīā eius grauitatē, & pondus corporis detineri  
non poſſet a ſodalibus, decidit in terrā. Et niſi fato quo-  
dam in grande arenæ congeriem decidiffet, fruſtillatim  
fuiffet diruptus, adeo pfundus erat caſus. Et cum oīes  
eius condiscipuli timore pene cōtabuiffent, illeſus ipſe  
ex aræna proſiliens ait. Per deum viuū, ego nulli veſtrū  
dabo, vel minima monedula (habebat em quasdam  
anteq; caderet extractas) inde ad mortē vſq; dicitus eſt,  
hetze Mihel, id eſt Michael monedula.

De nobili.

Quidā nobilis ſtudium aliquādiu intermiſſum cum  
Viennæ repeteret, atq; die noctuq; in grāmatica crucias

## FACETIAE

retur, nec ad votū proficeret, dixit semel ad cōtuberiale  
mihi notū (cum genera nominū in a uxie disquireret.)  
Velle profecto multū aeris alieni mihi conflatū esse ut  
qmnia nomina in a essent generis fœminini.

De rustico Held, hoc est gigante vera historia.

In mōtibus, & alpibus nřis Sueuicis, non longe a pa-  
go Iustingensi, rusticus erat cognōe held. i. gigas, satis  
. opulentus, incautus tñ. Ad quē decipiendum, & fraude  
circūueniendum duo mendici (quos superius scholasti-  
cos vagātes vulgo appellari dixi a nostris) tali sunt astu-  
tiā vſi. Vnus noctu hominē accessit, lagunculam secum  
deferens optimo vino refertā, atq; hospitiū nocturnum  
suppliciter īpetrauit. Et cum iam in stubā, vt barbare lo-  
quar, (que demissa erat, vt alijs manu fenestras attinge-  
ret) & lumē allatū esset, cœpissentq; simul cenare, mēdi-  
cis, qui lagunculā extra fenestrā posuerat, rusticū & to-  
tam familiā largiter potare iussit, quoniam ea nocte nunq;  
deesse sciret vīnū. Socius aut̄ eius extra fenestras latitās  
vīno ad hoc cōparato semp īpleuit qñcunq; lagūcula  
erat exhausta. Et cum iam hospes, atq; familia hilario-  
res essent facti atq; ebrīj, viderētq; iugiter vīnū suppete-  
re, precontati sunt naturā, & efficaciam lagunculae. Res-  
pondit vasculū esse sancti Othmari, qđ illo optimo, &  
externo vīno nunq;, & in perpetuū exhaustū ex meritis  
sancti illius, sibiq; decretū esse vēdere velle illud, qm  
quotidiana potatore fastidio afficeret. Cum hoc audiret  
rusticus & familia, intēdebāt animū ad eā rem emendā,  
quiā summū solatiū, & utilitatē esset allatura, quāti indi-  
caret interrogabāt. Centum aureis venditur respondit  
ille, si in promptu adessent. Conuenerūt tandem, vt ac-  
ceptis viginti, quos solos iam paratos habebat, alios dū  
posset daret. Postridie cum ille abiisset, nec lagūcula ru-

## BEBELIANAE

Ritico pro voto responderet, conquaſtus eſt vičinis, ſeç omnibus hominibus ludibrio expoſuit. Eſt enim hodie frequens prouerbiū apud noſtros, vaſculum, vel laguncula gigantis, de re inexhausta, aut de eo qui vaſramen- to aliquo, atq; aſtutia deceptus eſt.

De rufiſco qui dixit ad abbatem quendā omni- potentia veſtra hiſtoria vera,

Tanta aſſentatio inoleuit in Germania noſtra, vt grādioribus, & festiuioribus titulis & epithetis nunc abba- res, & regulos mīores, vtputa Comites, & equeſtes auras- eos ornemus alloquendo, q̄ olim i mperatores Romānos orbīs dominos, ſummoſq; pōtifices. Illos enim al- loquendo nemo eſt ex inferioribus quin pŕferat gratia veſtra (maxime in vernacula lingua) oībus verbis gra- tioſe pater, vel domīe, non minus contra rerum dignita- tem & inepte, q̄ barbare & falſo. Et cum vident ſubditū ſuperiores in hoc delectari, aliū ſuper aliū ſtudet gratia- am dñi aucupari, adeo, vt oīis modus modeſtiaq; exce- datur, nuper eīm ut a fide digniſſimis assertoribus acco- pi. Quidam rufiſcus vičino comitāte, acceſſit abbatem dominū ſuum, coram quo ita locutus eſt. Gratioſe pa- terrogo, oīpotentia veſtra velit mihi ligna cōferre pro- ædificāda domo. Consenſit abbas. Sed cum abijſſet vi- cius increpādo ſociū, cur dixisti ait oīpotentia ad do- minum nřm? Cui ille: Nefcio. non eīm feci studioſe. At tamen, nec me feciſſe pōenitet, compoſ eīm factus ſum voti. Et quoniam ea in re delectari illum video, cumula- toribus eum in posterū titulis affabor, atq; honestabo. Verū hoc anno ſciliſet, Anno Dñi. M.D.XIII. Tubin- gae, vt mihi eſt cōpertissimū quidā præfectus pagi altin- gem ſaepius allocutus eſt dñm ſuum abbate Bebenhus- ſen, in petitione cuiuſdā beneficij, dñie gratioſe regia ma-

I i 7

# FA C E T I A E

festas vestra, & obiurgatus ab abbatе, nihilominus persistit in ea appellatione, donec socius eius interpellaret illius sermonē, dictitās se esse hoīes īpitos & miserōs.

Historia de quodā Christū in cruce agente.

In quodā oppido spectaculū passionis dominicæ agebatur, & ille qui Christū in cruce nudus ægit, cum vidis set prope crucem stare puellā vnicē amatā, quę Mariam Magdalēnā rep̄sentabat, coepit ei virga virilis erigi, videntibus circūstantib⁹ oībus, adeo vt illā abducere cogerent, quæ res suspitionē iam antea in animis hominū conceptā, mirum ī modū auxit, & cōfirmauit.

De duobus futoribus.

Vormatiæ erant duo futores, quorū vnuſ cum dīues eſſet, atq; ſine liberis, parcissimus tamen erat. Alter vero ſe familiām q; ſuam (plures em̄ habebat liberos) quoſtidianis laboribus enutrīre cogebatur, laute tamen profacultatibus, & ſplendide epulabatur. Et cum de mensa ad labore rediret, leto animo ſemper patrocinīū, & auxiliū ſancti Nicolai inuocabat. Quæ verba cū dīues crebro audiret, iuīdia ſeu ſubsannādo paupē dixit. Subueniat mihi Dauid, hoc em̄ noīe illīc dītissimus Iudeus vocabatur. Qui cum ſutrinā illius p̄terīret, atq; qua ſe exiſtimatōe futor faceret aīaduerteret, pr̄e ſanctō Nicolao quē alter venerabat, cogitauit quo pacto ſe ſctō Nicolo munificenter declararet. Quare futori ſe inuocāti in alterius contumeliā, anſerē affum (in cuius ventrē clādecē aureos imposuerat) donauit, ille munus pauperi de mōſtrauit, Iudæūq;. ſ. Nicolao p̄tulit, eiusq; implorationē illi exprobrouit. Cui paup̄ vicinus alacri frōte r̄ndit. Quid enim gloriariſ de anſere. ſ. Nicolaus donabit me, nō anſere, ſed pingui boue. Et qm̄ pluris faciſ pecunias q; anſerē, ſi viſ ego emā illum. Dīues accepit cōditionē,

## BEBELIANAE

atq; paucis nūmis vendidit. Sutor itaq; implorato more  
solito.s. Nicolao, anserē familiā mēsæq; suæ apposuit,  
& inuētis aureis cōfestim ad foræ Boariū maturauit, pīn  
guissimūq; thauræ mercatus est. Et cum domū duceret,  
obuius venit diues, tantāq; fortunā admiratus, quæsiuit  
vñ, aut quo mūere thaurus obuenisset. Rñdīt paup mur  
nus esse.s. Nicolai, qui pfido Iudæo multo se munificē  
tiorem reddiderit. Cum paulopost Iudæus ædes diuītis  
præteriret, & an anser sapuisset, q̄reret. Rñdīt ille vicino  
se sutori vendidisse. Cui cū Iudæus rem declararet, cōue  
nit diues pauperē sutorē apud prætorē, atq; decē aureos  
rei vēdicatione postulauit, qm̄ anserē non aureos vendiz  
disset. Sed p̄tor cognita rei gestæ veritate, pauperē absolv  
uit, atq; alterū. xx. aureis mulctauit, q̄ in contumeliam  
sancti Nicolai foetidum Iudæum inuocasset.

### De nobili & Iudæo.

Quidā nobil' dehebat Iudæo qngētos aureos, quē cum  
Iudæus in Frācōfurdia apd' tōsorē inuenisset, fecit eū cī  
tari ad mḡratū. Cuinobilis. Potes inq; expectare donec  
barba tota radet mihi; annuēte Iudeo. Mox nobil' ad tō  
sotē. Cessa radere, atq; imposterz oēs dies vītae suæ dīmi  
diā barbā, vt tunc tonsus erat intactā dīmisit, nec Iudeo  
solutionē fecit, qm̄ dilationē illam ille ipse dedisset.

### Quid hominem canum faciat.

Cum quidam fatuum interrogaret, quid eum canum  
faceret, crines inquit.

### De Abbatē sancti Galli.

Senatores oppidi sancti Galli scripserūt abbatī illīc  
nō vt prīncipi, sed vt simplīci plato (vt cū vulgo loquar)  
Quod cū abbas conquerere, responderūt ipm dūtaxat  
ante meridiē esse prīcipē, seq; līteras post meridiē scri  
psisse, vt retulit mihi Bernardus huslin.

# FACETIAE

Facetum dictum cuiusdam.

Prouerbiū est apud sueuos, si natalis d̄ies sancti Ioannis baptistæ serenus fuerit, magnā nucū auelanar̄y futurum esse prouentū, qđ cum exacto anno accidisset, dicerentq; aliqui multas auelanas illo anno puenturas. Respondit vñus. Ideo cunas caras esse futuras, quēsitus de causa. Dixit m̄ltas pueras fieri grauidas quoniam adolescentes, simul atq; adolescentulas rusticās pro nucibus legendis in sylvas cōmeatueros, atq; coituros sciret.

De quodam Abbate.

Quidā Abbas canus cum duas puerulas prēterīsset, atq; an eis panē mutuare deberet, (sic em̄ coitum circū loqui mos est nostris) interrogaret, festivissime una illarum, satis inquit, mucidi panis domi habemus, volens eius caniciem, atq; impotentiam declarare.

De quodam Aucepe.

Quidā auceps Zuifuldēsis cū alicupio intētus esset, atq; orare simul instituisset, cœpit dicere, Pater noster q; es in cœlis, & cū res non successisset ex sua, imprecatus est epilepsia, atq; sacros ignes, atq; iterū in oratione progressus. Sanctificet nomen tuū. Mox turbatis rebus dixit. Dij superi, & inferi male velint, progressus. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra, mox incōmoda propiciens ad solitas imprecations regredit, atq; orando simul, & maledicendo multā diem consumpsit,

De vetula compatiente Iudæis.

Cum passio dñi in die parasceues p̄dicaretur, quedā vetula exeundo templū, compatiebatur Iudæis dicens, O bone deus, qđ multa inquietudine affecti sunt Iudæi, qui cum Christo totam noctē vigilare sunt coacti.

De Rixosa muliere.

Habebat quidā iugiosam imprimis mulierē, adeo ut

## BEBELIANAE

sive ex carpona rediret, sive laboraret, aut cōederet maledictis ab ea impetreret, & quicqđ tentauit, semp ei mulier maledixit, atqđ quāto eā frequētius yberauerat, tanto contumeliosior reddebat, magisqđ iurgabat. Qz cum verbēra nihil profecissent, alia via aggrediendā putauit, atqđ quotiescūqđ ipsa ei maledicebat, nihil mouebatur, sed continuo tibia cuius erat indoctissimus canebat, qđ cū fecisset, ipa acrīus maledicere cepit. Illo p̄sistēte in p̄posito, ipa prae ira saltare cōp̄it, quo p̄gente, ipa ex manib⁹ eius tibiā excussit, qui cū nihilominus resumpta tibia sine cōmotione caneret, mulier indignatissima domū exiuit, asserēs se posthac nō perpessurā nequitiā viri & temulentia illam intollerabilē. Et cū postera die cū solita male dictione rediret, vir ad solitū cantum reuersus est. Quare mulier se victimam ostendēs, imprecationibus abstinuit, benivolentissimāqđ se futurā viro pollicita est, modo tibiam poneret. Memorabile exēplum pertinaciā am mulieb̄e varijs artibus frangendam esse.

De quidā Mendico veniēte ad Fœdericū Cēsarē.

Cū Fœdericus tertius Ro. impator cōuentū principū haberet Nurenbergæ, venit quidā mendicus ad aulā pertens intromitti, qđ frater Cæsar is esset. Et cū sapientia instaret, tandem res deuenit ad Cæsarē, qui rei admiratiōe motus, iussit intrare mendicū, atqđ vñ frater suus esset, interrogauit. R̄ndit mēdicus oēs esse mortales iter se fratres a p̄mo parēte Adamo, atqđ vt se p̄ ista fraternitate donaret petiuīt. Cæsar cui p̄cacias illius parū grata fuit, hōi tñ cruciferū (quæ est moneta satis nota) dedit, cui mēdicus nō decet inuictissime Cæsar, vt fratri tuo tam parū munus des, cū tu tam diues sis. Vade inquit imperator. Et si quilibet fratrū tuorū tñ tibi dederit, eris me ipo dītor. Alter ab Alberto Saxoniae duce petiuīt denariū, p̄

# FACE TIAE

pter cognitionē qua īnuicem sibi essent deuincti. Quā  
sīuit dux vnde cognatio illa intercederet; respondit ille  
ab Adam nostro oīm parente, huic dux. Vade inquit, si  
ēm talibus cognatis oībus, & singulis denariū velle da-  
re, nec ducatus, nec patrimoniū meū sufficeret.

## De decepto quodam Theologo.

Fuit Maguntiæ egregius theologus, cui pastoralis cu-  
ra ibidē incumbebāt, illi cōfitebatur quidā satis, vt vide-  
batur religiose, atq; grandē auri massam, vt credebat a  
se inuentā ostendit, afferēs se q; a verè dñm nesciret, cum  
cōsilio eius alicuius tēpli fabricæ destinare, annuit theo-  
logus, atq; massam ad pios vsus tradendā accepit. Tan-  
dē cōquestus est ille aduenā se esse ex Saxonīa, neq; vía  
ticū habere, donec ad patriā quę lōginq; erat veniret,  
petiuitq; a theologo mutuo sibi dari dece aureos, quos  
bona fide restituere pollicebatur. Consensit bonus pas-  
ter, atq; illo cū aureis ab se dīmisso, confessim aurifīcem  
adiuit, fabricęq; congratulādo massam ostēdit, qua pro-  
bata repertū fuit plumbū deauratum, cōmentumq; im-  
postoris cum gemītu bonī patris detectum.

## De quadam ebria muliere.

Fuit quēdā vetula quæ quotidie īnebriebat, eratq; vi-  
nosissima, quā rem cum liberī, atq; amīci egerrime tulis-  
sent, s̄pēq; illā ab ea turpidine detergere conati essent,  
proponendo iram dei, æternā damnationē, perpetuosq;  
inferorū ignes, nec resipiscere vellet. Semel cū resupinā,  
ac mentis īnopem præ temulēti a inuenissent, cōicato in-  
ter se cōsilio, cīrcū illam vndiq; ignitos carbones cōge-  
serūt. Cūq; vetula experrecta cīrcū quacq; ignē vidisset,  
credebat se infernis ignibus cīrcū septam, nihiloniūnus  
tī consuetudine bibendi delectata, non est vspīā inquit  
aliqua misera anīa, quæ suū denarium (vti loquunt̄ no-

# BEBELIANAE

¶ Tri. ) mecū pro Symbolo faciendo adiūcere velit.

De quodam Rūfo.

Habebat Moguntiaci quidam causidicus omnino rufus filium, quem secum ducebat, albis crinibus conspicuum. Et cum quereretur, ab eo cur cum ipse rufus esset filius albos haberet crines? Non mīremini inquit, culo enim non capite eum feci, seu generauī.

De quodam Histrione.

Quidā histrio in Saxonīa cū præteriret cuiusdam op̄ pidi patibulū, vidiſſer̄ hominē pauloante suspensum, optima tibialia quas nostri caligas appellant induitū, rerum ægestate victus, surripere conatus est tibialia. Cum vero præ tumore pedū amouere non posset, abſcidit pedes, atq; cum tibialibus in domū rustici apud quem per noctauit portauit, in coenaculo vaporato dormiens (qd; a nostris barbare ſtuba vocatur) ibi quidem rusticus noctu vitulum recenter editum, ad euitandū frigus imposuit, Histrio solutis tibialibus, & pedibus in coenaculo dimiſſis, summo mane priusq; homines surgerent abiuit. Rusticus cum tādem surgeret, atq; cum vitulo non niſi pedes inueniret, quē recessus hystrionis latebat, venit in eam ſuſpitionē, vt vitulus illum ad pedes vſq; deuorasset, quare cōicata re cum vicinis, vitulus igni adiūdicatus eſt, ſi enī hoc recens natus ppetrasset, multo horribilia timebantur ēb eo, ſi diutius eſſet ſuperuicturus. Alijs ſaniori testimonio dicūt, tanto terrore oēs paganos fuisse affectos, vt primum armati in domū ex qua nunc pater familiās cū tota familiā diffugeraſt ad exanimandum pecus irrumpeſe conarentur, & quia nemo omniū primum ingredi erat ausus, cōmuni consilio domum incendio abſumpſerunt, consultius iudicantes domum conflagrari, q; homines periclitari.

II i. v

# FACETIAE

## De Rustica merdante.

Quædā rustica cū post arbore in cāpis merdaret, atq; eques quidā nobilis eam conspexisset, veritusq; ne se vi dēte pudore afficeret dixit. Progredere bona dñā in ope re tuo, qua re nemo carere potest. Rñdit rustica q; se iam exonerauerat. Ego ea re nunc bene carere possum. Tu si placet, accipi as tecum absq; indignatione.

## De Rustico merdante.

Quidam sacerdos in villa Malmshaym cū rusticum merdātem videret, appellando eum quid huc merdas, Inquit rusticus quid ad te? nihil enim quisq; cacare potest, quin tu nasum tuum imponere velis.

## Faceta responsio cuiusdam mulieris.

Quidā comes in Suevia potēs, atq; notissimus, cū fes mel in venatōe esset, obuiā habuit rusticā sup equa insidente, atq; alta voce cātantē, cui dixit. Vnde tibi tm gaudiū o bona matrōa, credo te hac nocte spōsam fuisse qd ex lēticia tua auguror. Querente aut̄ rusticā, an ex ea re lēticia, & gaudiū eueniret. Annuit cōes. Future ergo (ins quī) mihi o bone socie (comitē enim nō nouerat,) equā mēā, vt lētior fiat celeriusq; procedat. Cui comes effuse ridendo dixit. Bene mihi respondisti, vade in pace.

## De quodam monacho.

Quidā frater casarius cum in mēdicatione in domo rustici pnoctasset, atq; in coenaculo super stramine dor mire cogeretur ob ægestatē rusticī, & rusticus pp̄ter frigus, vt supra dixi vitulū recēter natū non procul ab illo collocasset, apparuit fratri in somnio, vitulū se peperisse atq; experrectus, cum vitulū vidisset, credidit se illū pes perisse, quare magno timore percussis, qdq; inceparet nescius, tandem vitulū in puteū quendā piecit, atq; ppere aufugit. Rusticus re cōperta primores illius accessit, atq;

# BEBELIANAE

dāni dati hoīem accusauit, frater ad solutiōem coactus  
oīm fabula factus est, res est gesta, vt mihi relatū est.

De testamento cuiusdam.

Quidā infirmus cū rogaref a sacerdote, vt testamentū  
faceret. Rñdit libenter, Sed nihil habeo, nisi duos cabal  
los egregios, & legare volo prīcipib⁹ terræ. Sacerdos  
seu monach⁹ indignatus, q̄ sibi nō relinqret, querit cur  
nō pauperibus det; Rñdit ille. Ex sermonibus vestris id  
facio. Dum Christi imitatores esse debeamus. Deus aut̄  
bona mundi principib⁹ nō pauperibus dedit, illū ego  
sequar, cuius actio nostra debet esse instructio.

Faceta illusio cuiusdā senis amatoris Zelotypi.

Zelotypus noster cœlestia sidera noscit.

Quicquid & in cœlo voluitur ipse videt;

Visus acutus enim nimis, at mirabile magnum.

In terram veluti talpa videre solet.

Nam riuialis iter tritum non viderat vñq;

Inq domo propria sub proprioq thoro.

Contra eundem.

Si pelleū colubri possunt posuisse senilem.

Vnde redire sibi culta iuuenta solet.

Non tibi sit mirum nostro veneranda senectus.

Zelotypo canis sparserat ecce caput.

Hoc tulit indignans, fucis mox illæ capillos.

Inficit, & flauas iussit adesse comas.

Vt nouus, hoc fecit, videatur miles amicæ.

Sunt furiosi etenim cuncti in amore senes.

At nisi sub galea est firmus, si debile telum

Spargit, erit frustra conspicuumq caput.

Facetiarum Finis.

EPISTOLA HENRICI BEBELII IVSTIN  
gensis Ad Gregorii Lamparter Illustris prīcipis  
nostrī Vuitbergensis Cancellarii, Virū iuris.  
eloquētia oīsq̄ eruditioñis cōsultissimū. De  
laudibus, atq̄ phīa Germanor̄ veterum.

**P**AUCÆ fuerūt nationes etiā antiquissimis tē-  
poribus Cācellarie dissertissime, q̄ non alii  
quibus sapiētia p̄ceptis, beneq̄ viuendī le-  
gib⁹, essent institutæ, atq̄ formatæ. Grāci  
em̄ habuerūt suos philosophos. Latini sapientes, Persæ  
magos, Galli druides, Egiptij, & Iudei sacerdotes & pro-  
phetas. Indi, & æthyopes brachmanas, & gymnosophi-  
stas. Assirij vel gymnosophistas etiā, nam vt Suidas gr̄  
cus auctor tradit γυμνοσοφιστὴ παρὰ Βαβυλωνίοις δι φιλό<sup>σ</sup>  
σοφοι. καὶ παρὰ Ἰσσυρίοις, id est gymnosophistæ apud Ba-  
bylonios philosophi, atq̄ apud assyrios. Legumlatores  
vero fuerūt apud hebræos Moses, apud Atheniēses Ce-  
crops, Argitios Phoroneus, Lacedemonios Licurgus, as-  
pud Cretenses Mīos, atq̄ Rhadamārus. Aegyptios Mer-  
curius, apd Persas Zoroastres. Sed cū nos germani, nec  
hos, nec illos olīm habuisse inueniamur, saltē qđ ad po-  
steritatē literaꝝ beneficio puenit, q̄uis em̄ Berossus in  
quinto antiquitatū libro dicat anno Nini regis q̄rto. Tuy  
sconem gigantē Sarmatas legib⁹ formasse apud Rhes-  
num, nihil tamē illar⁹ ad nos puenit ex literaꝝ ignoran-  
tia, ppṭerea plures scriptores sunt in nos barbariēq̄ nos-  
strā debacchatī quandā quasi īmanitatem maioribus nřis  
impingentes. Egō vero ideo clariores nos, illustrioresq̄  
atq̄ meliores cæteris gētibus luculentissime ostendā. As-  
pud nostros maiores etem̄, vt Cornelius Tacitus trādit,  
plus boni mores valuerūt, q̄ alibi bonæ leges, iusticiæq̄

nō legib[us] cul-  
ta, q[uod] si concedam nos rudes, & barbaros fuisse, tamen  
multoplus profecit in nobis ignoratio vitiorum, q[uod] in a-  
lijs gentibus cognitio virtutis. Nam vt de græcis, et lati-  
nis potissimum dicam, quæ scelera, quæ vicia non apud il-  
los emerserunt, vel tanq[ue] in sentina quadam refederunt? ne-  
mo nescit a græcor[um] intemperatia, atq[ue] libidine, pergrae-  
cari pro scortari usurpatum esse, nemo etiam literatus ne-  
scit Romanos lasciuia, & intemperantia, vt satis genio  
indulgeret, ad sacra etiam, atq[ue] religione introduxisse.  
aut vnde venenū, sīca, præpostera. Venus, p[ro]p[ri]o l[oc]o cira-  
cūscriptio, fraus, dolus, deceptio, summa cupiditas, atq[ue]  
avaritia, cæteraque vicia, p[er]petua infinita vbi fertilia fuerunt  
q[uod] apud illos; vt satyræ, veteresq[ue] comoediæ testatur. At  
de nostrorum maiorum integritate, morumq[ue] bonitate, non  
ego testis accedam, sed Cornelius Tacitus, & Julius Ce-  
sar romani, Julius enim libro sexto gallici belli, Avariti-  
am a nostris maioribus absuisse testatur, nec illos pros-  
prios agros habuisse, propterea ne qua pecuniae cupidis-  
tas oriretur, hoc idem confirmat Cornelius his verbis. Nec  
affirmauerim nullā germanie venam argentum aurum ve-  
gignere, quis enim scrutatus est possessione, & vsu haud  
proinde afficiuntur. Est videtur apud illos argentea vasa  
legatis, & principibus eorum muneri data non in alia vi-  
litate, q[uod] quæ humo singunt. Foenus item agitare, & in  
vsuras extendere ignotum illis. Et vt idem dicit. Gens  
non astuta, nec callida, hospitalitateq[ue] i[nt]rimis gaudens,  
vt etiam quemcunq[ue] mortalium arcere nefas habitum  
sit. De continentia idem ipse habet, nam prope soli bar-  
barorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis ad  
modum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plus  
timis nuptijs ambiunt. Ergo septa pudicitia agunt nula-

lis spectaculorū illecebriſ, nullis contumiorū irritationib-  
us corrupta, Paucissima itē in tam nūerosa gente adul-  
teria, quoq; pena p̄sens, & maritīs p̄missa. Pudicitię aut̄  
publicatę nulla venia, non forma, nō ætate, non opib⁹  
maritū inuenit. Sera etiā iuueniū venus ac robora paren-  
tū filiū referunt. Cornelio astipulaſ C̄esar, Intra annū (vt  
inquit) vīgesimū fœminę notitiā habuisse, in turpissimis  
habētibus. Vnde in primis laudari debemus, esseq; ad  
mirabiles, cū indulgentissima nobis natura dederit ani-  
mi bona, q̄ gr̄cī pariter, & latini longa sapientū doctri-  
na, p̄ceptisq; philosophorū consequi nō potuerit, cultiq;  
eorū mores inculta barbariæ collatiōe sunt supati. Que  
insuper natio est sub cœlo quæ cū maioribus n̄is fortis-  
tudine, animiq; magnitudine, q̄ fide & integritate vlla  
ex parte possit cōparari, non nūero vīres, atq; robur, ve-  
locitatē, proceritatem, pulchritudinēq; corporis, dum in  
confesso oīm esse existimē nos in his cunctis gētibus p̄-  
stitisse longissime, q̄ si res bellicas recēdere patereſ (quæ  
amplissimæ fuerūt, magnifice, & illustres) epistolaris an-  
gustia, ostenderē rebus Ro. florentibus germanos testis  
monio veterū & illustriū scriptorū alterum imperiū has-  
buisse contra Ro. vt alibi copiosius describā. In re tamē  
literaria (tametsi aliquādo literis gr̄cis vlos esse n̄os  
nō temere opinemur) rudes tñ fuisse & barbaros, nec v̄l-  
la fuisse instituta, vel leges literis traditas nō possū res-  
fragari. Sed cū (vt institutū meū aggrediar) maiores no-  
stri multis alijs virtutibus, vt supra declarauī, singulari  
quodā deoꝝ munere, naturaliꝝ animi bonitate fuerūt  
insignes, nec id aſsecutivlla līaria disciplina. nemo du-  
bitet eo tēpore, parentes, liberos suos ad bene viuendū,  
resq; fortiter gerēdas instituisse, qđ non alia ratiōe fieri  
potuit, q̄ generalib⁹ quibusdam sententijs, puerbijsq;

v&itatis, quæ primū ab sapientia aliquo nō minus prudenter, & acute, atq; elegāter in vulgus exposita, suā vulgo philosophiā, & speculū vitæ viuēdæ fecit. Ut igit̄ intellegatur maiores nostros suā etiam philosophiā tractasse ut oratio nostra, vel nostris adagījs optimis, & yissimis (& quæ multis in locis ex media veterū græcorū philosophia, exq; penetralibus philosophiæ deprompta iudi cari debet) copiosior aliquādo reddatur, pauca hæc quæ vides (vix em semestri tempore collecta sunt) ex innu meris, quæ in posterū īvestigabo latinitati donauim⁹, quæ tibi pro rara tua, atq; incredibili eruditioне examinanda, proq; tuis in me beneficijs maximis, atq; immortibus singulariter consecranda pūtauimus. In quibus si elegantia desideraueris, cogitare debebis in puerbijs, & verba rebus nō res verbis, præsertim in multis, seruis re oportere, & sæpe proprietatē sermonis, quaē maxime hic requiritur, elegantiae non posse dare locum. Vale & me, ut hactenus fecisti cōmendatū habe Tubingæ. Idibus Septembribus. Anno. M. D. VII.

PROVERBIA GERMANICA COLLECTA,  
atq; in latinū traducta, per Henricū Bębeliū.

Hexasticon Bębelij Ad Lectorem.

Germanæ gentis si quis prouerbia nosse

Expetit, in latium vertimus ecce λογος.

In quibus elucet, vis quædam abscondita versi

Et sua vel plæbi philosophia rudi.

(Sensibus hanc imis si vis cognoscere Lector)

Non cessura librīs quam docuere sophi.

Telos.

# ADAGIA GERMANICA.

Adagia Germanica Bebelij.

Mendax est fur.

Tantopere maiores nostri mēdacia detestati sunt, vt  
mendacem eundem, & furem putarent, adeo vt adoles-  
scentes mendaces futuros fures d̄hūdicarent.

Multiloquos mendaces esse.

Idem putauerunt multiloquos etiam mēdaces esse,  
atq; in multiloquio vix deesse mendacia.

Seruus erit qui ducit prauam vxorem.

Libertate caret summaḡ seruitute p̄mitur, cui du-  
citur praua vxor.

Comparatio mulieris & canis.

Comparant̄ a nostris canes & m̄l̄ieres, Illi dū volunt  
mingūt, H̄ec dū vult flet, vt pulchre oñdit Iuue, in sexta  
Satyra, & Ouidius. Vt flerent oculos erudiere suos.

Non cōmouearis lachrymis mulieris, claudicatione  
canis, & iuramentis mercatorum, & institutorum.

Clericus contentiosus, & Virgo sine pudore, & Mar-  
tius in flore, hoc est dum arbores in Martio florent, mas-  
sum esse illorum finem, voluit antiquitas.

Consimile.

Clericus superbus, puer sine pudore, & simia prudēs  
(vt ita loquar) dicuntur esse sub imperio dæmonū.

Prouerbium est apud nostros, vt dicamus, Nemo cu-  
stodit gratis sacram s̄æpulchrum Christi, ad hoc alludit  
quod dicit Apostolus, Nemo tenetur militare proprijs  
T̄ipendij̄s, in re enim honestissima, & negocio, quale est  
custodire sacrum s̄æpulchrum, opus etiam est vt aliquis  
habeat mercedem vnde viuat,

Tr̄ia nob̄is maxime fugienda veniunt, Medicus ins-  
doctus, Cibus non coctus, vel his coctus, & malus hos-

# GERMANICA.

spes, addunt & alij prauam mulierem;

Prouerbiū est apud nostros, in magnis fluminibus & in grossis aqua  
magno deprehendi pisces, In paruis paruos, sic qui fortunam grossi ruit  
velit seruire seruat magnis, & potētibus, apud quos emerit. *Wen man ertrin*  
gere pot, peruenire quo ad magnos honores, & diuitias. *aus in grossis aqua*  
Econtrario in magnis fluminibus facile submergit. *sagittar ne*

Cuilibet fatuo placet sua clava, hoc proverbiū dicitur *in oder war kost* for  
ci solet in eos, quibus suæ res, atque facta propria tantum *Rebdam*  
placent, fatui enim quorum arma sunt tantum contus, &  
clava conuenientes quilibet stutum laudat.

Rusticus quanto plus rogatur tanto magis inflatur, & *Wen man den flauw*  
vt dici solet, rusticus dum rogatur intumescit ei venter. *pitt so si kroekken*  
*humb der bose mu*.

Cor non mentitur, hoc est loquatur quisque, quod ves  
tit conscientia tamen non fallit, quæ habet mille testes,  
ad quod pulchre Menäder dicit, *Begottis & πασιν ή συνείδησις θεός*, id est mortalibus omnibus conscientia deus, di  
citur item, de conscientia quemque vexare suam fraudem,  
& apud Græcos dicitur *συνείδησις πλάκτται τὴν φυχὴν*, id  
est conscientia verberat animam.

Locus dum optimus, est cessandum. *Wie wolle der Mensch so gern ist soll ma*  
*Luri non esse locum dicimus ubi violenter interuenierit.* *auff hören*

Elephas dum catulos habet, studiosissime mures venatur. *Ewa et t. p. m*

Dum ferrum ignitum cundendum est, hoc est omnia  
suo tempore, & opportuno facienda esse.

Tunc summa est in sylvis fames dum lupus lupum vorat.

Dum fortuna fauet, parit & thaurus vitulum, hoc est  
tantum esse fortune vim, aut potius fatalē dispositionē, at  
que voluntatē diuinā, vt incredibilia pene sequātur. *Wen man den*

Dum canē cædimus, corrosisse dicitur coriū, hoc est,  
facile excogitamus causam in eū, cui male volumus.

Canis mortuus non mordet, hoc est mortui non nocēt.

Ingratiior est verna, vel operarius opere perfecto, Ad

Kk

# ADAGIA

hanc sententiā alludit Menander Græcis poeta dicens  
μέτατην δόσιν τάχισα γέρασκει χάξις, id est post datio-

nem velocissime senescit beneficium.

Vna apis melior est teta vola muscarū, hoc est rerum  
inxiliū nullam esse cōparationem cum vtilibus.

Dum pastori male succedit, hoc idē fit in detrimentū  
grægis, vt quidam barbarissime versificatus est,

Dum male pastori vadit, vadit male grægi.

\* Hydria tam diu ad fontem portatur, donec vel tan-

dem frangatur, hoc est qui omnibus se periculis expos-

natur, neq; tam nūt, vel tandem periclitabitur.

Quot regiones, tot mores. *Cantus in festis*

Homo friget pro qualitate, vel multitudine vestiū, ex-  
hoc prouerbio emersit illa fabula. Dum qdam diues ria-  
gentis hyemis tpe. melota, & villosis vestibus indutus  
frigeret, obuiumq; haberet hoīem pannosum, atq; vilis  
bus vestibus indutū, letum, atq; nullum frigus causans  
tem, dicitur interrogasse, cur tam pānosus non frigeret,  
vti ipse optime vestitus. Rñdit ille, q; a vniuersas uestes  
meas mecum habeo. Tu pro eo, q; non oīnes habes te-  
cum, aliarum desiderio, & spe friges.

Omnis homō neq; in proprio quæstu.

Nihil est qd non dici queat, hoc est nihil esse tam ab-

sonū ab omni veritate, vel æquitate, qn dici queat.

Digitus docet podicem cacare, hoc est ignarus do-

cium docet.

Multa prudētia perit in pauperū crumenā, hoc ē pa-  
pores negligi in qbus sāpe multa prudētia est, sed negli-  
git paupertas, nec exercet ad res gerendas. Nisi em̄ quis  
diues fuerit, nunq; credit prudens, neq; adhibet ad res  
serias, & quæ exigūt prudentiā. non dissimiliter dicitur:

à Iuvenale in vñj. Satyra. Rara in tenui facūdia pāno.

# GERMANICA.

Dicunt nostri nullū esse mortalitū, qui in sua familias & stirpe non habeat nebulones, & meretrices, volentes nullā esse familiā, tam generosam, aut probatā, quin ali qui sint ex ea minus boni, sed neq; & hoīes perditi.

Prouerbium est longos, & proceras staturas raro esse sapientes, breues autem raro demissos, & humiles, & rufos minus fideles.

Est nostris in prouerbio, fatuum ex verbis cognitum  
irū, ollam siue vas fictile ex pulsu & sono, ex morib⁹ aus  
tem omnem hominem.

Nullus est magistratus quantumvis parvus qui non  
suspicio dignus, hoc est nullus est magistratus qui nō  
abuti possit sua potentia, & perperam agere, econtrario  
dicitur nullam potestatem esse & magistratum sine iniui  
dia, qui enim sunt alii p̄positi, difficile est ut non mul  
tos ledant præsertim improbos.

Aura serenæ, & príncipi ridenti non credas, quia fas / nota diligenter  
cile mutantur.

Est nostris in prouerbio probitatem, & probos homi  
nes ire, & redire per omnes prouincias, improbos vero  
transire semel non redire.

Senes & illi, qui longinquas regiones peragrauerunt  
per vim mentiri dicuntur a vulgo. Nam senex de suis  
temporibus loquens, non potest carpi, quia nemo suue  
num eo tempore vixit, & alter per vim metitur, quia de  
regionibus loquitur, in quibus audiētes fortasse nunq;  
fuerunt, vel nunq; nominare audierunt.

Pons Polonicus, Monachus Boemicus, Sueuica mo  
nialis, Miles Australis, Italorum deuotio, & Alemāno  
rum ieiunia, fabam valent omnia.

Pessima est avis, quae propriū nīdū defœdat, hoc  
est. Malus est qui vel vxorem, vel propriā patriam, & fa  
miliam, & cetera, &c. Kk ij fœderis das geist  
junct

# ADAGIA

miliam, vel suos parentes, aut sorores infamat.

Quælibet avis ex proprio cantu dinoſcitur, & quælibet avis talis cantus. Itē nulla vñq̄ auis mala bñ cecinit aut bonū cantū q̄didiſt, hoc dīci ſolet in illos q̄ ſunt maledici alijſq̄ detrahūt, non diſſimiliter a gr̄cis in puerbio eſt. κακοῦ κόρακος κακὸρ ωδὴ. i. malū corū malum ouuum. Inde etiam quoniam Cuculus, quæ gr̄ce coccyx dicitur in compositum cantum ædit, dicimus ad eum, qui fatuus eſt. Ille paſcit cuculum, vel ille nondum renunciauit culo, id eſt, eſt adhuc fatuus, & ſtultus.

Si manet iuuenis, nō tñ ſenex. Hoc eſt, pōt viuere, & manere in vita iuuenis, attamen ſenex breui moriet.

Seruitia coacta non habent meritum, vel beneficia imperata non habent gratiam.

Homo cœcus hō mifser, tametsi p̄ciosa ſit eius vefis;

Homo a ſuo ſocio cognoscitur.

Melius eſt vt pueri fleant q̄ ſenes, optimū illud eſt cō ſiliū ſenibus ne oīmia filijs largiātur, ſic dicitur diſterio gr̄co νοῖς μὴ καταθάρρετο, id eſt filijs non confide.

Melior eſt praua ira, q̄ grande damnum.

Melius eſt pifciculos coepiffe, q̄ desidia oīno torpe.

Melior eſt auis in manu, vel nido, q̄ decem in aere.

Tempus fert rosas, hoc eſt ſuo tpe oīa fiunt, dici etiā ſolet. Spem ponis in rosa, de illis qui in fragili reponūt fidutiā. Nā vt gr̄cus quidā cecinit diſticho pēta metro. τὸ γόδον ἀκμάζει Βαῦν χρόνον. ἡ δὲ παρέλθη χάτων ἐυρύστεις ἔν πόδον ἀλλὰ βάτοι. i. rosa viget breue ſēpus, ſi autē præ terierit, quærens inuenies non rosam, ſed spinā, ita dicit Theocritus quod Virgilius in Bucolicā ſua tranſlavit. ζιώρ πάντα φέγει, id eſt æuum, vel ætas fert omnia.

Ex turpi vacca turpis generatur vitulus.

Raro ventus tempestuosus ſine pluia.

# GERMANICA.

Non omnes stertentes dormiunt. Alludit ad hoc propter uerbum, non omnibus dormio.

Non oes sancti sunt, qui delubra deorum intrant, hoc est, qui simulant probitatem non sunt omnes sancti.

Quo plures hostes, tanto maior honor.

Quo altior mons, tanto profundior vallis, item quo altior gradus tanto profundior casus.

Quo Romae propiores, tanto Christiani tepidiores.

Stercus quo plus comouenit, & agitantur, tanto plus foetet, hoc dici solet in eos, quod aliquam infamiam incurrit, quod de decus tanto notius fit, quanto plus tractatur.

Silentium optimum, nam ut Bias ait καλὸν οὐρανός, id est pulchrum taciturnitas & Pallades. μεγάλη πάθεια τοις ἐν ἀνθεώποις σιωπῇ, id est magna eruditio est inter homines silentium.

Rumor multa mentitur.

Ex sola scintilla conflagrat saepe tota domus, hoc est ex minimis rebus saepe grandis iactura oritur.

Multa interrogans fit ingratus.

Celio cadente olla veteres frangentur omnes.

Quid nocet latratus canis, si non mordeat,

Quid peccunt, qui non habent capillos.

Concilia te vicinis tuis, dici item solet. Bonum est enim gerere domos cum viciniis, nam ut Hesiodus dicit. πάτερ δοκίμας τούτων, id est damnum malus vicinus, tantumque ut idem dicit, bonus magna utilitas. Sortitus est honorem, qui sortitus est vicinum bonum.

Hostis hosti raro bene loquitur.

Pro veteri debito accipimus stramen avenæ.

Omnis cupimus senium, cum uenerit odimur.

Surdis frustra canitur, nec asinus cythara gaudet.

Non facile adificat sumptuosas domus amator pulsus.

Kk ij

# ADAGIA

christi mulierū, nā maxīm sumptū regnūt talis tractatōr.

Nihil deliriū tradit esse antiquitas sene amatore, ut  
ego triumpho meo venereo optime expressi, & Phœdra  
Ouidiana. Venit amor grauius quo serius vrimur.

Eadē tradit antiquitas, senectutē non repellere solere  
stulticiā, hoc est ex multitudine amorum multos nihilomi-  
nis nō abīscere stulticiā. In eandē sūnam dicit Menādes  
πολιά χρόνου μάκρουσ' οὐ φρονίσωσ', hoc est canities tps ins-  
diciū non prudētiae, & alio puerbio dicim⁹. Senes si cō-  
ualuerint in stulticia, mūto esse alij stultis stultiores.

Dificillima dicit̄ esse custodia mulierū, adeo ut mille  
priestres pulices ex prouerbio facilius contineant̄ in uno loco, q̄  
castitas vnius mulieris prauæ, & libidinosæ.

Cer̄ h̄an amor eandē audit̄ gramina crescere, dicit̄ in eos, qui sibi pru-  
ain parat, ut dentifissimi videntur, Hoc̄ das graſſum  
mutare

Si vis domum tuam puram, & inmaculatam habere  
caueas a Columbis, & sacerdotibus, dicitur item non re-  
cipiendos in domum, iuniorem sacerdotem, vetulas si-  
meas, & feras, in mansuetasq; vras. Et̄ in mit alio dicit̄

Quod momordit, vel presbyter, vel lupus, dicitur in  
sanabile, q̄ morsus lupi letiferi sint, & puellæ a sacerdo-  
tibus corruptæ raro ad continentia reducantur.

Dic̄ a nostris, tps habere honore, hoc est optimū esse  
& honorificū quæq; suo tēpore fieri. Inde optime dicit̄  
sapientissimus ille philosophus, & fabulator Aesopus  
Phrygius, πατέρα παρὰ καιρὸν δρῶμενον εποκεῖδισος, omne  
extra tempus factum reprehensibile.

Audiui olim a sene dici, qui me ad cultū diuinū hors  
tabatur, noli peccare, deus videt, Angelus astat, Diabolus  
accusat, Mors minatur, & inferi cruciant.

Oculus domini facit equos pingues, hoc est bene pro-  
cedentes familiaris & crescit, si dominus curam habues-

# GERMANICA.

rit, hinc optime præcipit Chilon idias dñeis agosatris  
id est proprie domui præsis.

Coactus amor, & rubor faciei frictus manibus nihil  
valent, necq; durant.

Omnis annulatus, aut stultus; aut prælatus (vt ita lo-  
quar) cum vulgo, aut aliquando vtrumq; vt dixit Ma-  
gister Jacobus hesso ad quendam abbatem..

Nulli consulendum est (vt volunt seniores nostri)ducere  
vxore, transmarinā facere peregrinationē, & sequi milie-  
tiam, quoniam eorum eventus dubius est, & incertus.

Homo non est ex fronte solum dijudicandus, hoc est  
non possumus hominem cognoscere solum ex rebus exter-  
nis, & facie, quid enim in animo eius lateat nescimus,  
multi enim summā prauitatem occultantes, summam  
probitatem effingunt in facie. Idem dicit Iuuenalis in  
secunda Satyra, Fronti nulla fides.

Velox consiliū sepe dolor, ac poenitētia sequit, querare  
oīā priusq; alīqd staturas librāda sunt, vt dicit Apuleius.

Cœci hoc vidēt, lapides loquunt, canes in macello  
dūt, hoc tympanis pueri canūt, dicit de remanifesta.

Non omni spiritui credas Pictacus, μή πάσι πίσεται.  
ne omnibus crede, pro eodem Menander μή πάντα πιπώ  
πάσι πίσεται, id est non oīā coare oībus credere sp.

Sancti non loquuntur, sed vindicant.

Lupi nullū terminū comedunt, dicit in illos, qui multa  
debita contrahunt, & oīā mercant, si terminū solutionis  
(non promptā pecuniam dantes) impetrant.

Lupi nullam hyemē comedunt, dicitur in hyemem,  
qua solito calidior alīqd tēpus durat, quoniam frigus  
solitum quacūq; id hora veniat afferat.

Campus habet oculos, sylua aures dicit, q; nihil facis  
amus in sylvis, & campo (vbi hoīes esse possunt) quod.

# ADAGIA

occultum esse volumus.

Quattuor peruerunt animi iudicium.

Amor, avaritia, odium, ebrietas.

Quattuor opera tyranni.

Bonos destruunt, pauperes odiunt, malos extollunt,  
virtutes evertunt.

Hæc tria sunt cōtraria ut quidā versificatus est,

Cattus cum mure, duo galli simul in æde,

Et glotes binæ, viuunt raro sine lîte,

Quattuor tyrannum pellunt, &

regnare impediunt.

Ciuim concordia, diuitum copia, prudentum consilium, & potentum audentia.

Quattuor in paupertatem incidunt.

Prodigus, gulosus, piger, rixosus.

Quattuor facile acquirunt amicos.

Largi, mites, potentes, affabiles.

Quattuor maxime cupiunt mulieres.

Amari a pulchris iuuenibus, Pollere plurimi filijs, ornari præciosis vestibus, & dominari in domibus.

Hæc quattuor peruerunt omnia iudicia.

Pinguia dona, odio, favor & timor, exitio sunt iudicij per quæ iudex corrumpit omnibus.

Aliud.

Vulnus vetus non est resecandum, vel rursus aperiendum, hoc est, vetera odia non sunt resuscitanda. Alter dicitur, veterem cicatricem non esse refricandam, disicitur item, vetera vulnera non facile sanantur omnino, hoc est vetus odium facile resumitur.

Aliud.

Nemo est cui non dulcis honor, ad hoc dicit Tullius  
Omnes laudis studio trahimur, & optimus quisq; ma-

# GERMANICA.

xime gloria ducit. Et Persius Satyra prima. An erit qui  
velle recuset Os populi meruisse. Et Valerius maximus,  
nulla est tanta humilitas, q̄ dulcedie gloriae nō tangat.

Aliud.

Dandum est, vt cras ipsi non egeamus, ita dicit Sene  
ca de beneficijs, dabo egenti, sed non vt ipse egeam, suc  
curram perituro, sed non vt ipse peream.

Aliud.

Fortuna est rotunda, hoc est inconstans est, & facile  
mutat. Ita dicit Cicero libro secundo de natura deorū.  
Fortuna amica varietati, constantiam respuit. Similiter  
Menander στρέφει δὲ πάντα τὰν θίω μίκης τύχη, hoc est,  
permutat autē omnia in vita parua fortuna.

Aliud.

Qualis homo talis sermo, huic suffragatur Menan-  
der ἀνδρὸς χαρακτῆρος ἐν λόγου γνωρίζεται, id est viri charas  
et ex sermone dinoscitur.

Aliud.

Fama, fides, oculus, non patiuntur iocum.

Aliud.

Tam acceptus es, q̄ scropha in domo Iudæi, dicitur  
de illis, qui sunt ingratissimi.

Aliud.

Omnis lupus magnus, hoc est timor omnia maiora  
singit, dici item solet, nunq̄ vidi paruum lupum, dicit  
turq̄ de timidis.

Aliud.

Qui de honestat mulieres, senes & sacerdotes, vel eo  
rum famae detrahit, nunq̄ publicā infamia evitabit.

Aliud.

Nunq̄ in seniū veniet contēptor senectutis. Ideo dis-  
cit Chilon unus ex septē sapiētibus, πρεσβύτερον σέβου. i.

# ADAGIA

seniorem honorare, & venerare. Multo pulcerrime dicit  
Phocylides πρέσβυν δικίλικα πατρὸς ἵσται τιμᾶς γεγάρες,  
id est senē coetaneū patris æquis honoribus venerare.

Aliud.

Alterius literas, crumenā, & abacū ne inspicio.

Aliud.

Lusor est, aut dives, aut multū laborans, aut fur.

Aliud.

*Andromachus nunc  
vel ratifer* Facilius oēs alījs consilia damus, q̄ nobis ipsiſis, vt &  
Terentius dixit. Recte omnes cum valemus ægrotis con-  
ſilia damus. *Hec non  
est  
falsum*

Aliud.

Voluntario nihil difficile. *In  
dī  
lī  
gō  
nī  
gō  
dī  
lī*

Diescit quandocunq; deo placuerit. Ita dicit Menan-  
der θεοῦ θελοντος καρποῦ επιγιπτού πλεων, id est deo volen-  
te etiam salicūm fasciculis nauigares, vel melius, deo fa-  
uente nauiges, vel vimine.

Aliud ex carmine nostro.

Omnibus humanis (placeat) conatibus obstat.

Sors vaga, cunctorum vanaq; vota facit.

Aliud.

*Genesius  
fir  
woes* Vulpes est, & lepus, dicitur de homine callidissimo,  
~~fa~~ & astutissimo, qui astutia habeat vulpis, velocitate lepo-  
ris, egregiamq; euadendi artem, atq; diuerticula.

Aliud.

Mendicādo nemo fit paupior, sed ingratiōr. vñ Men-  
ander πενία δὲ ἀγνώμονάς τε τούσ πολλούσ ποιεῖ, hoc est  
paupertas aut ingratis, vel p̄fidosq; multos facit.

Aliud.

*Genesius  
fir  
woes* Paupertas cum dolore fertur, nos expræssius dicit  
mus. armut vne thut, Menander δυδεν πενίασ βαρύτερό  
էστι φορτίον, hoc est nullum paupertate gravius est onus.

# GERMANICA.

¶ alibi. πενίαν φέγειν καὶ γῆρας ἔστι δύσκολον, id est pauc pertatem ferre, & senectam est difficile. Sic a nobis dicitur, Senect<sup>o</sup> nullo cum comodo venit, sic alter kompe mit kainer tuget, id est expræssius, senectus venit sine virtute. ad hoc dicit Menander. μωρός γὰς διών συμφορὰς πολλὰς ἔχει, id est longum enim æcum calamitates multas habet, & Appollodorus τὸ γῆρας ἀντὸ νόσκμος, id est senectus ipsa morbus.

Aliud.

Omnia postremo ad diem, & lucem venient. Menander. *Man min re mi  
der. ἄγε δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνον, id est dicit autē ὅτι οὐδὲ οὐδὲ imm  
ad lucem veritatem tempus, multæ sunt ad hanc rem  
sententiae ex Gellio, & alijs, & sacra scriptura.*

Aliud.

Verba nullo precio emuntur, dicitur de fictis amicis, *Vil invitas amicis ut  
qui verba liberaliter dant, sed rem nullam.*

Aliud.

Dicere solēt apud nos hoīes fallaces, vel qui yba ver  
bis deludunt. Quid nocet bonū verbū ex falso corde?

Aliud.

Si p̄f meus carnifex esset, & m̄f scortū vulgare, nihil *Herrin b̄rgen  
omius si hēo nūmos, sū gratus, acceptus, & honoratus.* *Gatt*

Aliud.

Agri fusci (vt ita dicā) optias dant fruges, hoc ideo di  
citur, q̄ pulehrītudo non semper lucrosa sit, eos autē vel  
cas s̄apēvtiliores, quæ non sunt pulchræ omnino. *Nach Almanchen  
Rijselbem / tryst  
man gem*

Aliud.

Dum caput ægrotat, omnia alia membra dolent.

Aliud.

Cui fortuna fauet, ille sponsam abducet, dicit in pos  
tentiam fortunæ de qua nunc plura diximus. *Da ueritas gen  
bat first dispr  
gnim*

Aliud.

Li ij

## ADAGIA

Nihil supra bonam valetudinem. Menander δύναται  
τοιχίας ηρεμίαν οὐδὲν εἰ βέβαιο, id est non est valetudine, vel  
sanitate præstantius aliquid in vita.

Aliud.

Fœlix est, qui est sine tentatione. Menander,  
id est vivere sine tristitia viri est fortunati.

Aliud.

Bonū est nihil negocij, & rixarē habere cum in fœlici  
tate fortunatis bus. Menander. ἐπὶ ἀνθρηπίᾳ Δυσδυχουντι μή πλαστις κακὸν. i.  
in virē infelicitē ne obijcias malū, Iuuenalīs. Curandū in  
primis ne magna iniuria fiat Fortibus & miseris.

Ille pediculis calceos faceret, vel indueret, dícimus de  
illis, qui sibi ipsi prudētissimi, & acutissimi vidētur.

Aliud.

Vt canis ad Lunā latras. i. frustra conaris, & laboras.

Aliud.

Magnus labor est cani lectum sternere, quoniam sæ  
pius hinc inde se vertit.

Amabilem te facis, vt canis ollas frangēs, dicitur ad  
ineptos, & aliqua re inuisos se facientes.

Aliud.

Cauendos esse traditur Italum rufum, album franci  
genam, & nigrum Alemannum.

Aliud.

Hæc duodecim om̄e malū pariūt. Senectus sine sapientia,  
prudētia sine opere, dñatus sine famulatu, supbia  
sine diuitijs, diuitiae sine honore, nobilitas sine yture, po  
pulus licetiosus, & sine correctiōe, ciuitas sine legibus,  
ptas, seu magistrat⁹ sine clemētia, adolescētia sine timore,  
mulier sine pudore, vita religiosoꝝ sine pace, hæc in  
q̄ nihil oīno valent, nec ullius frugis bonaꝝ sunt,

Aliud.

# GERMANICA.

Si quis ad vigesimum usque annum non formosus factus fuerit, ad trigesimum robustus, ad quadragesimum prudens, ad quinquagesimum diues, ille non facile sperat se post asecuturum illa. *Namq[ue] i[n]t[er] 40 annis*

Aliud.

Ea mulier oibus dotibus naturæ, & formæ p[re]dicta est, quæ habeat caput ex Praga, vbera ex austria, ventrem a Gallia, dorsum ex Brabantia, ex Colonia agrippina alba crura & manus, pedes a Rheno, pudibunda ex Bavaria, & nates ex Suevia, & sic perfecte formosa erit, q[uod] variae sint dotes naturæ, varijs in locis, & regionibus.

Ad idem.

Hæc mulier pfecte formosa erit, q[uod] habuerit, tria duræ, tria mollia, tria breuia, tria longa, tria nigra, tria alba, tria rubra, dura st[ri]p[ula] & duo vbera, & podex seu nates. Mollia duo manus & veter. Lōga sūt duo latera & dīgiti. Breuia, duo pedes & nasus. Nigra duo oculi & cūnus. Rubra duo genæ, & os seu labra. Alba, crura, & ceruix.

Aliud.

Dicūt nostri, Christus noster deus noluit habet fratres, & ppter hoc dicūt, q[uod] maxime sape discordiæ, & capitales orientes inter fratres faciliter ex causa, dum vel in una domo cohabitæ, vel sup hæreditate diuidenda rixant.

Aliud.

Dicit in eos q[uod]s stultos esse volumus, sita similis eff[ici]t. *Lepori i[n] stulto, iam olim eff[ici]ta a canib[us] disceptus;*

Aliud.

Sub tribus istis contentiosis, præfecto pagi vel urbis, iteque domino proprio, & paraciano, non facile sumptuosas, & magnificas domos erigere possumus.

Quattuor illa reuocari non possunt.

Iuuentus, tempus, verbū prolatum, & virginitas.

Li iij

# ADAGIA

Quinque sunt, quae perturbant rem publicam.

Fallus iudex in consistorio, fraudulentus mercator  
in foro, sacerdos avarus in templo, pulchrum scortum  
in prostibulo, in aulis principum adulatio.

Tres dispiacent deo, & hominibus.

Pauper superbus, diues mendax, & senex amator.

Hæc tria peruerunt regna, & vrbes.

Amor rei priuatae, cōsilia iuuenu, & simulta*s* ciuiu.

Hæc sunt quæ maxime hoīes decipiunt.

Ex nostris carminibus.

Decipiunt multos (vt nos docuere parentes)

Et fauor haud durans principis, atque ducum,  
Et muliebris amor, nec non aprile serenum,

Labile vel folium, quod rosa pulchre geris,

Nisus & accipiter multo discrimine, equusque.

Tractantur, saepe & tessera vota negat.

Efames pellit lupum ex sylvis.

Qui nescit prodesse, saepe tamen nocet.

Rumor non sine mendacio, vel medium mendacia  
rum, vt alij dicunt,

Infortunati optime audiunt.

Crus sentit dum in baculo equitamus.

Vittulus sequitur vaccam, filia matrem.

Nobilis est, qui nobiliter, & honeste operatur.

Duo viri sunt vno robustiores.

Multa sunt verba, quæ nō dignant responsonem.

Viles homines sunt, qui pro re vili rixantur.

Ad dæmonē deterrendū horribili voce opus est, hoc  
est praui homines non facile deterrentur.

Mala gallina, quæ vicinis ora parit

Socrus non vult meminisse se iurum fuisse.

Ille manet cum yiro, vt lepus cum cane, hoc de timore.

# GERMANICA.

dis dicitur:

Frustra iacit rete ante veterē cornicem, hoc est astus  
tos, & expertos haud facile decipiems.

Vt pater ita filius, vt mater ita filia,

Fatuu eo stultior quo diutius viuit,

Mollia sunt iuuenium cunctarum rostra volucrum,

vt quidam versificatus est.

Iniquissimo fert animo senectus barba trahi.

Nulla tā praua mater, q̄ non filiā honestā esse velit.

Non omnis qui nos arridet, amicus est.

In talī flumine, tales capiuntur pisces, dicitur in illos  
qui sua temeritate, & voluntate periculum inciderunt,  
vel etiam in bonum dici potest.

Malo canem blandientem, q̄ allatrantē, hoc est, mas  
lo prauum amicum, q̄ inimicum.

De caseo absumpto feles nimis sero depellit, hoc est.  
prius q̄ periculum fecimus prouidendum erat.

Lepus & meretrix non facile domantur.

Fama necat virum, hoc est, infamatus de aliquo cri  
mine facile inde torquetur, & damnatur.

Hæc tria vix occultari possunt. Stramen in calceo, fur  
sum in sacco, & meretrix in cubiculo.

Tria funt, quæ tollūt pulchritudinem corporis. Mors  
bus, senium, & anxietas, siue cure. Dicit enim Salomon  
Prouer. xvij. Animus gaudens ætatem floridam facit,  
spiritus tristis exiccat ossa.

Dicunt nostri hoies, imprudētes, & minus prouidos,  
vel verberibus reddere cautores, hoc prouerbio

Stultis clava pediculi quærendi sunt.

Est in puerbio vulgo germanico. Leporē gaudere so  
lo natali, & cē libēter ubi nat⁹ fuerit, luxta Ouidiū. Ne  
scio q̄ natale solū dulcedine cūctos Dicit, & immemores

# ADAGIA

nō sinit esse sui. Homerus in odissea, ὁτι διδεν γλυκιον οὐ πατρίδος. i. sane, vel tanq̄ nihil dulcior sua patria;

Cauendam esse volunt nostri fēlem, quae a fronte lin-  
gat, & a tergo ledat, hoc est cāuendū ab hoīe, qui a fron-  
te blandus est, & amicus, in absentia alios rodit,

Dicunt nostri, si quis primo Romam proficiscat visu-  
rum neq̄. Si secundo profectus fuerit, cognitum neq̄  
Tertio redditurum neq̄ & impostorem.

Artes, ius, chartas, fauor, æs, violētia cassant, hoc est  
fauor, pecunia & violentia frangunt oīa iura. Literas si-  
gnatas & scientiā, dīcimus itē. Violentia p̄cedit ius, ad  
qd Menander concorditer dicit βίας ταραύων δυστήσεων  
χύει νόμος, id est ut præsente nihil potest lex.

Multum antiquis amicis, et gladijs antiquis multum  
confidendum esse putauerunt patres nostri, hos enim  
iam satis diu probauimus. Ancipitem autem noui ami-  
ci fidem s̄aþe cognouimus.

Bonum & dulce est dormire in cute integra, dicitur  
contra illos qui iurgijs, & cōtentionebus gaudent, inde  
enim s̄aþe verbē sequuntur.

Trīa sunt quae occultata nullum fructum afferunt in  
vſu tantūmodo valentes, artes, pecuniæ, & lumina.

Lupus non leporem, sed lupum generat, hoc est quae-  
lis pater est, talis erit filius, si pater rapax, insequitur ves-  
tigia patris filius. ita etiam dīcimus meretricis filiam  
raro dissimilem matrī, iuxta hunc vulgarem versum. In  
sequitur leuiter filia matris iter.

Dicunt nostri mulieribus longā esse cæsariē, breuem  
aut sensum, hoc est instabilē animū & facile mutabilē.

Horum perpetuam discordiam voluerunt esse ma-  
iores, corui cum noctua, duorum rīualium vnam puel-  
lam amantium, et canum super ossa, duorum fatuorum

connam in amictu gaudet finiuee

# GERMANICA:

in vna domo, & duorum regum in vno regno.

Fames dicitur esse optimus cocus, gratissimos enim  
& sapidissimos facit cibos, quos satur fastidiret.

Omnia ad tempus certum durant, ad hoc alludit nul-  
la potentia longa.

Omnibus amicus, cunctorum stultus cogitur esse.

Paupertas dediscit pudorem, necessitas em̄ nescit pudorem.

Paupertas nouas vias querit. Et paupertas multa expes-  
riri docet. Item pauperes tenue pulmentū coquunt.

Labor vel ignem ex lapide decutit, ad hoc dicitur. La-  
bor omnia vincit.

Tot pelles vitiorum, quot vaccarii veniunt ad forum.

hoc est, tot iuvenes moriuntur, quot senes.

Non omnes nubes producunt pluviam, hoc est, non  
omnia quae nobis minantur periculum nocent, dici so-

let in eos, qui nobis mala minitantur.

Tam diu albus, ut dicā, panis & siligineus comedis-  
tur, donec niger, & plebeius exoptetur, hoc est, omnium  
rerum est facetas, hoc testatur Homerus in Iliade πάρ-  
των μὲν κόρος ἔστι καὶ ὑπνου καὶ φιλότητος, id est omnium  
quidem fastidium est, & somni, & amicitiae.

Nihil sine pecunia, hoc ē, nisi habueris pecunias, nec  
nobilitas, nec scientia, aut virtus puderit, alijs dicunt. Ni-  
mus omnia efficit. Cui nō dissimiliter dicit Pallades χρή-  
σθεντος δέ άνοιγει πάντα καὶ άδον πύλας, id est, aurum autem  
aperit omnia, etiam inferni portas.

Pyra dum sunt matura sponte cadunt, hoc saepe dici  
audiui de virginibus, quae nubiles modo sunt, ne diutis  
us priuentur confugio.

Sī tres fuerint socij unus cogitur aliorū esse stultus.

Omnis fructus sapit naturam suam arboris.

Fortuna ante, & retro accedit, hoc est, si iam nouereas.

# ADAGIA

Dicitur ab abbas noster, nihilo minus potest post nobis iterum facere.  
Dum abbas apponit tesseras ludum monachum, hoc est  
quod superiores faciunt, iure conceditur inferioribus. Illi  
enim nobis exemplo praesesse debent.

*Im fortis Miles* LUPUS iam senex lacepsitur a cornicibus, hoc est animal, vel vir quantumcumque formidabilis, dum senescit, & vires perdidit, contemnitur ab imbecillioribus.

*Frater mit domino* Non omnis, qui minatur mordet, transumptum a canibus quibus, qui magis latratur, minus ledunt, & mordent.

Arcus, qui nimis intendit, rumpit, hoc est, nihil compelli debet ultra vires. Dici ite solet in nostris puerib[us].

*Paganus fuit p[ro]p[ter]am* Equos voluntarios, hoc est, sua sponte currentes non nisi in multis virgendo[rum] esse. Hoc sape dici audiuimus, in eos qui amicis suos nimium fatigant precibus, vel plus quam decet a manu auxilium, pecuniam, & similia extorquent.

Mors melior est, quam vita homini, qui sine amicis est. Ecce trario, ut dicit Menander poeta. φίλοιστες οὐ μάχεθοραυ πάντες οἱ αἱματοφόροι, i.e. amicos habentes, puta thesauros habere.

*Melius est esse luscum, quam omnino coecum.* Item inter coecos vnoculus rex est. *Et propter dan garplum* Eos cauendos nobis esse suavitatis antiquitas, quos natura signasset, hoc est, qui aliquo naturae defectu laborat, non de defensione alii strabonum etiam societatem vitandam esse censerentur. De quibus ego nihil compertum habeo.

Contra futilis, & loquaces. *Dicunt enim* Dicunt nostri dum futilem, & loquacem designare volunt, illi rem committendam putarem, quam uniuersum orbem rescire velle.

*Vixi in primis* Verba honestatis non obligant. *Sed eorum fabrum* Qui velit ludere debet apponere nummos, hoc est. *Ver spicem novee* Qui velit habere lucrum, oportet ut expectet etiam damnum. Plautus autem dicit. Necesse est, ut sumptum fas-

# GERMANICA.

citat, qui lucrum querit.

Qui velit iocari cū alijs, optet ut etiā secū sinat iocari  
Dāna faciunt hoīes & cautores, dū enim alijs damnū in alijs  
in alijs re acceperit, postea reddit multomagis puidus,

Dum aliquis per imprudentiā, & temeritatē, aut inso  
lentiā damnū accepit dicūt nostri. Habeat damnū cum  
fanna, q̄ subsannatio sequatur eū, qui fatue in aliquod  
damnū incidit. dicit item R̄sum passus, & damnum.

Vetus amor non sentit rubiginem, hoc est, facile res  
nouatur, & fit nouus amor vetus, hoc est, facile reconcili  
antur, quæ olim se mutuo amauerint, rubigo autem  
res, quas inuasit perire facit.

Gaudiū est miseris socios habere pœnarū. Seneca in  
Trage, Equior casum tulit in procellis. Mille qui ponte  
pariter carinas Obrui vīdit, tabulaq; littus Naufraga  
spargi. Et vt Aesopus tradit. Vbi miser miseriorem aspi  
cit, suam æquius miseriam fert, οὐσυχοῦτεις ἔτιπω  
χειρονα, πασχόντων παραμυθούνται.

Balbutientes plus cæteris loquacitate persirepunt, &  
male cantantes plus cupiūt canere, q̄ boni cantores, vñ  
Guntherus alemanus de gestis Fœderici lib. pri, Immo  
etiā mos est, vt plus cantare laborent. Qui grauius can  
tant, & balbi plura loquuntur. Fuit autem Alemannus  
non Ligur, sed librum inscripsit ligurinū, q̄ de rebus li  
gurum scribat, sicut Virgilius Aeneida.

Vestes corrodī dicuntur a tineis, pectora curis, & in  
uidos propria inuidia consumit.

Amici salutationes principum, & regum multo san  
guine emuntur, hoc est, multi ut placeant principibus,  
& fiant noti in prælijs sanguinem suum effundunt, tas  
ceo de illis, qui vitam amittunt.

Equis aliquando quattuor pedū in plano cadit, dicit  
Das quindert quaden uerd ist

# ADAGIA

in puerbio ad excusationē illorū qui aliquādo labantur  
vel errant, qd ita versificatores nostri scholasticī descri-  
pserūt. Non mirere bipes, si quādo tibi cecidit pes. Qua-  
drupes in plano quandoq; cadit pede sano.

Damnosam volūt esse nostri virginis pauperis, & in  
dotatæ formam, & pulchritudinem, quippe quæ a mul-  
tis petatur citra legitimam venerem, & quod à multis  
petitur difficulter custoditur, sicut dicit Ouidius. For-  
dera seruasset, si nō formosa fuisset, & alibi. Lis est cum  
forma magna pudicitia.

Laborandum est, & rebus necessarijs studendum cī-  
tra prauitatem, vt viuendum sit perpetuo, viuendum  
autem tanq; cras moriaris. Quod illo tetraстиcho tradit  
Leonhartus clemens.

Vixerit vt semper prudens, cumulabit opes, &

Ceu moriturus iam iustus vbiq; manet.

Contra prudens profundit parta obiturus.

Ceu modo, parua facit, perpetuo vt fuerit.

¶ Amici idonei sunt iuxta viam.

Ex pellibus alienis latæ corrigitæ proscinduntur, hoc  
est, in alienis rebus liberales sumus.

Catti inualidi longius viuunt, dicitur in eos, qui mis-  
sus grati diu viuunt, dum optati sæpe cito moriantur,  
nam, Si qua placet abeunt inimica tenacius herent.

Dum Adam agrum coleret, & Eua neret, quis tunc  
nobilis dicitur in illos, qui nobilitate tument.

Verba non implent marsupium, hoc est, non possu-  
mus contenti esse verbis, dum rebus opus est.

In aduersis, & paupertate cognoscitur amicus. Hoc  
testatur Ouidius. Donec eris fœlix, multos numerabis  
amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Pueri sunt pueri, hoc est, pueri pueriliter faciunt.

Hinc puer puer

# GERMANICA.

Manus puerorū facile implentur, hoc est. facile pueris satis facimus, vel pueri paucis sunt contenti.

Illi vilis fistula satissimacit, qui amat choream ducere, hoc est, nō est incitandus multū ad quod quis sua sponte pronus est, aliter dicimus. Cuiuscunq; fistulæ cantus valet choream amantib;.

Scurræ, & meretrices, vel non inuitati veniunt.

Nullam puram aquam effundere, dicitur in avaros, qui nihil quod sibi vtile est alijs donant.

Ludus bonus non sit nimius, ad hoc alludit Solon.

Bonum seruitium non perit omnino, præsertim quod in bonos confertur. Ita cōsimiliter dicit Plautus. Bonis quod bene fit haud perit.

Potus furtiuus dulcis est.

Hic crescit, ut maturū hordeum, hoc est. decrevit ut solet hordeum iam maturū. dīci item solet in deformes. Ille crescit in pulchritudinem utrū asinus, qui quanto angustior tanto deformior.

Quale forum tale vestigal, hoc est, si res periculosas attentas facile in periculum incidet, & similia.

Ad auxiliū dei tuo etiā opus est labore, hoc est. frustra quis implorat auxiliū dei, nisi & ipse nō desit suo labore. Ad quod Eurípides alludit, laborantes deus adiuvat. Et idem deus ociosis non adest.

Tempus est tacendi, tēpus loquēdi est, nam vt Menander Poeta dicit, οὐ δέι σιωπᾶν καὶ λαλεῖν ὅπου χρέων, id est non oportet tacere, & loqui, vbi opportunū est.

Puer loquax malus, quare preceptum est græcorum quo dicitur γλώττης ἀγχε, id est linguæ imperia.

Muscæ famelicæ, vel pulices altius insigunt aculeū, in eos dicitur, qui pauperibus inclementius sua extors

# ADAGIA

quent, vel transgressores plus molestant.

Oratio canis non penetrat coelos, hoc est oratio impliorum non exauditur. Econtrario, ut dicit Menander.  
Ευχήσεις αίσας οὐκ ἀνίκησται θεος, id est precis iuste exauditor deus, vel non nonauditor deus.

Qui sibi malus nulli bonus. Qui se laudat, malos habet vicinos, bene ergo Menander, ὑπὲρ στεφανῶν μὴ φάσκε τηγάνωμα, hoc est pro te ipso ne diccas laudes, vel praeconia. Propria lani sorget.

. Vis honorari, honores alios,

Optimi natatores saepius submerguntur. Optimi scaenares saepius cadunt. Audentiores saepius vulnerantur. Hoc est in omni re, qui se periculis saepius exponit, saepius periclitabitur. Dici insuper solet, qui omnia epotare vult flumina, vel tandem submergetur in uno, hoc est, qui se omnibus rebus & periculis, fortunae & rotae ingreditur, & commitit, postremo succumbet. Ad idem alludit non omnes voluptates lucrosas esse, quoniam qui omnia attentare vult, tam damna & incommoda expectet necesse est.

Antiquis canibus non facile vincula iniicias, aut certe non facile domabis canes inueteratos. Sic indurati in criminibus & vitiis, non facile reuocantur ab illis.

Hoc egoipse didici experientia, hoies anteq[ue] perueniant ad l. vel. lx. annos semper velle esse iuuenes, & metiri floridam aetatem, post. lx. annos effuse prædicare annos sitatem, & ultra modum senectutem arrogare. Inde enim auctoritatem a multis annis auncupari student.

Raro meliora subsecitura, dicimus de prefectis, & dominis, quorum successores maiori ex parte deteriores sunt, & crudeliores predecessoribus. Proinde Aesopus prudenter, ut alia oia dicit, τότε μάλιστα τούς προτέρους Διεπότασ διδικέται

# GERMANICA.

ποθαντίν ὅταν τῶν Δατέων λόβοι πεῖσαι, i. tunc maxime priores heros, seu dominos famuli desiderant, quando secundorum ceperint experientiam.

Vlulandum esse cum lupis volunt nostri, hoc est, hos *M*inimem debere se conformare cum moribus hominum, *am min* cum quibus cogitur viuere.

Stultos, pueros, & ebrios non esse cōmouendos trā *Manner* & *finis* dicitur, quoniam dicant veritatem, quicquid em̄ submurmū *and fol* est *foli* rānt homines de alio sinistri, hoc illi palam efferunt. *grāndis roans*

Maiores nostri superbiam summopere detestati sunt, neq; esse honorificam, nisi dum galea induitur, & signa expanduntur & volant (vt more nostro loquar), hoc est tunc aliquis laudandus est ex superbia, dum progredīendo in prælium, primus & cum primis esse vult.

Amor occultari nō potest, dicitur de amatoribus co*Di eros est s* p*cis*, qui omnia palam habent, vt ego alibi cecini. *ut pōgen* *Sy* *mag*

Nudus & īuestis tantum prodire cupido. *Se* *gū* *bem* *frystorān*  
Secretumq; nihil gestū habere deus.

Et Otidius. Quis enim bene cœlat amorem.

Nostri volunt illū facile dītari, cui male volūt vxores *Enim iūngōn* & bñ apes, alijs dīcūt oues, & equi, hoc est cui multe vxo*nīstis mīffors* res moriuntur, vt lucref dotes earū, & cui foeliciter apes *en nōis fōrōd* (facile em̄ moriuntur quibusdam) proueniunt. *real strett*

Dicunt nostri nouā scopam bene purgare, & vertere *Nov pōgen fōrōn* domū, sic nouos seruos in principio bene seruire.

Nemo omnibus placet, sic quidā versificatus est. Qui cūctis placeat nō credo, q; mō viuat, sic dicit Demosthenes πάντων Δυσχερέστων τὸ πολλοῦ αγοράκι, id est oīm difficultimū hoc scilicet multis placere. *Ver fōrōn iōrōn nōst fōrōn*

Pallium pendendū est contra ventos, aliter dicitur  
Nauigandum est pro ventorum flatibus. *Man min* *don māntal* *fōrōn*  
Malum est venari cūm canibis inuitis, *non dāmūf dārānt gēt*

# ADAGIA

Manib⁹ vacuis haud facile accipitrē allicis, atq; capis  
Indusium proprius tunica.

Cum puerō bonū est ludere, quib⁹ facile impos-  
nere possumus.

Cum malis equis glaciem frangimus.

Vno crine trahitur voluntarius.

Si fur furari desistet, desistet latrare canis.

Promissio parit debitum.

*Graet mox in allen  
dingen*  
Mensura omnium rerum optima, Ita dicit Pythagor-  
æ aureum carmen μέτρον δὲ ἐπὶ πᾶσιν ἀριστον mensura  
autem in omnibus optima. Et Cleobulus μέτρον ἀριστον,  
id est mensura optima.

Omnis homo debet temeritatē ludibrium. Aliter, stul-  
ticiæ calceos cogitūr conterere omnis homo, dicitur in  
senes amatores, qui se in adolescentia continuerunt as-  
deo, ut fortuna reposcat ex omni hominē ad tempus stul-  
ticiam, ut dicit vulgus.

*Rheumbt & longij  
alt gans nro*  
Stulti non indigent tintinabulis, quoniam facile ex  
moribus cognoscuntur.

Taurus reuertet taurus, etiā si Parrhisios ducat.

Rana ad paludes resiliit etiā si in solitū locaueris.

Honoratur arbor ob umbram.

Ventrī non possumus mentiri.

Multitudine franguntur arcēs, dici etiam solet, Cura  
conseruat arcēs.

*Fr. p. 29 die m. 1616  
f. min. r. 1616*  
Sæpe puer in propriū corpus virgam componit, id  
est in propriū periculum aliquis laborat.

Plures sunt fabri, q̄ boni artifices.

*Dor transp. noz. 9 Das  
wif noz*  
Fides nimia semel equum abegit, dicitur in illos, qui  
nimiam hominibus fidem adhibent.

Misera est vulpes, quæ vnum tñ latibulū habet.

Longa valetudo certissima mors, dicit item qui quo-

# GERMANICA.

tidie moriuntur nunc moriuntur.

Qui imoderate oia cupiunt saepe in totū frustant̄.

Audiui nuper dici a quodā religioso viro , ut vocant̄ eum  
nunc monastici, virū bonū, & probū, cundē & lutosum  
esse, hoc est nō emersus, sed in luto, & paupertate mā  
surū. dicit ergo in proverbio græcorū ἐν αγαθῷ ἐν ἀπάτῃ  
άεος, id est valde bonus, valde deceptibilis.

Pudor coronetur, hoc est pudorem rem esse optimā,  
& coronatione dignam.

Gaudet stultus dum laudatur.

Cari est audax sū suū foramē, vel iuxta pprias qdes  
Maxime promouent venditionē verba diserta.

Non bene quadrant iocus, & damnum.

Lupus oues etiam numeratas deuorat, hoc est, frus  
tra laboratur, quoniā nihil refert quo ad lupum.

Scintilla ignis non est insueta filio fabri.

Oportunitas facit fures. in eandem sententiam dicit Menander. πολλῷ οὐκεῖσδος γίγνεται παραπήσιος, id est mul  
tarum rerum opportunitas fit causa,

Lupus visum dirigit ad ouem, id est quilibet suis re  
bus intendit.

Ludus fortium, est imbecilliorum mors.

Vbi vñus conuentus monachorum, ibi vñus cibus,  
hdc est. æqualitas seruanda est, ita etiam proverbiū  
est. Parī pondere nemo fatigabitur.

Non lucrum est quicquid ita appareat.

Stultus centum facit secum stultos.

Non est aurum omne quod radiat.

Vñus homo non facit choream.

Grauis lapis non facile potest proijci.

Non sunt omnes sacerdotes, qui sunt rasi. Non sunt omnes di  
Honestas diuitijs præeat.

Mm

# ADAGIA.

Nōn ēst facellū q̄h semel in anno sit in eo dedicatio;  
Taceo si comprandeo, hoc est consciū scelerū, vel mu-  
neribus viciū tacent.

Es quod p̄m p̄m Nullum collare, valet contra patibulum;

Es p̄t m̄s dñm Tempus, vel hora nullo palo alligata est, hoc est, non  
potest contineri.

Quilibet scit vbi se suus calceus premit.

Non est pica sine vario colore.

co in dñm Nemo magister natus, quia requirit studiū.

tuncq; Nemo clāudicat alieno ex dolore, hoc est, non nimis  
um alieno incommodo grātamur.

Equus cōducticius, aut alienus facit brevia miliāria,  
vel velociter currit, qm̄ sine misericordia agitam̄ illos.

Brevis concio cito decantatur.

Nullum flumen sine fundo. (velit)

Multa farina opus est, si q̄s oīm hoīm ora occludere.

Qui secus viā adificat, multos habet informatores.

Prauo domino seruit, qui vulgo seruit.

Qui cum felibus venatur mures capiet.

Qui nihil habet, nihil perdiē.

Non opus est retro videre illi, qui bēne facit.

Dominabit̄ orbī, qui diutissime posset expectare.

Qui picem, vel carbones tractat, facile manum ma-  
culat, hoc est, qui se rebus turpibus ingerit facile eius fa-  
ma denigrabitur.

Qui patit̄ sibi eosulū ille auxiliū speret, & ecōtrario;

Qui parentēm audire contempserit, cogitur aliquan-  
do yūtico obsequi, scilicet carnifici.

Disce pati si vincere voles.

Cui igne opus est queritat & in cinere, hoc est, neceſ-  
sitas nihil intentatum relinquit.

Non venit ad syluam, qui cuncta rubeta veretur, vt

# GERMANICA.

Quidam cecinist,

Qui deum diligit, huic grati sunt, & nunc eius.

Cū multis pugnā īneūda est, cū paucis consultandū.

Illud si fiat lepus tympanis capietur, dum econtra  
tio maxime fugiat tympana. dicitur cum rem impossibilem significare volumus.

Confessio est celanda, dicitur in eos, qui commissa si  
bi consilia produnt. *Mār / sll m̄ḡt ans dor p̄yj̄t f̄aḡma*

Sæpe post magnam siccitatem venit ingens pluia.  
dicitur in fortunam, quæ sæpe post prosperitatem ma-  
xima incommoda affert. Econtrario venit post pluias  
lucida sæpe dies, non dissimiliter dicit Menander *x̄is  
μων μεταβάσει γάδιος έισι ευδίαν, hoc est, tempētas mu-*  
tatur facile in serenitatem.

Eomineus dolore est post factum dolere. \*

Natura plus trahit septem bobus.

Turpissimum est multa polliceri, nihil dare. *Ci s̄t ader h̄om̄ith*

Obtusum ingenii nota, & imbibita firmiter retinet,

Male quesitum, male consumetur. *Vosk̄th ḡos̄m̄m̄m̄ v̄w̄t p̄st̄t̄*

Vbi mala fortuna, ibi mala fides, nam vt dicit Iuuenes *v̄nḡrt̄t̄*  
nalis. Quantum quisq; sua nummorū seruat in arca,  
Tantum habet & fidei. *Ois h̄on̄os f̄ar̄s*

Nemo sine defectu, hoc est, nemo ex omni parte per-  
fectus. Eodē modo fere inquit Menāder. *δύκ τοτιν ὅσιο παν-*  
*τοῖς ἐνήρ έυδαιμονί, hoc est, nō est q; in oībus vir fœlix sit.*

Plures gula, p gladio moriunt, quod ego adolescens  
ita versificatus sum. Vidimus oiuenes multos mucro-  
ne necatos. Guttur edax plures deuorat, heu miseros.

Mala herba non facile marcescit, dicitur item mala  
herba cito crescit.

Malum ouū, malus pull, sicut dicit apud græcos κα-  
κός ωδη κακός κόφαξ, malū ouūm, malus coriūs.

M m q

# ADAGIA

Mala lingua plus gladio ledit.

Cūlibet sua calamitas præcipua videtur, in eandem sententiam dicit Quintilianus in declama. Hæc omnibus natura est, ut sua cuiq; calamitas præcipue misera, atq; intolleranda videatur.

Nemo sibi foelix, ad hoc alludit Menander. οὐ φρόνησην διδεῖς ἐπιτυχεῖ, hoc est secundum propriam sententiam nullus foelix est.

Nulla calamitas sola.

Nemo sine castigatore dæmone, i., nemo est sine tentatione, & molestia, huic astipulatur Menander. οὐ τέ βλοψ ἐγείρει πλανπον ἐν δυσέη, hoc est, non est vitæ inuenire sine tristitia in aliquo, vel in molestia in nullo.

Vetera vasa sunt futilia, hoc est, non retinet cōmissa, dici solet in senes, q; obliuiosi sunt, & nullius memorie.

Ille tenet ansam gladii, id est habet facultatem, & opportunitatem rei bene gerendæ. dicitur item, ille dedit alteri suum gladii, id est dedit facultatem alteri ad proprium damnū. Eodem modo dicitur. Dedit gladii ex manu, id est dimisit oportunitatem qua se potuit tueri.

Quod hominis esse non debet, decutit ei virgula, paucusq; frutex, hoc est, facillime amittitur, quod fatali dispositione aliquis habere non debet.

*Aer wie Propf flanze fuit*  
Quot capita tot sensus, crebro apud nostros dicitur, quod & Terentius dixit, & plures alij, & Persius. Velle suum cuiq; est, nec voto viuitur uno, & Quintilianus in declama, dicit naturam nobis non minus numerosas animorum, & corporum dedisse formas.

Sí diues sum, oibus sum amicus. Ad hoc alludit Menander. τῷ μὲν ἐπιτυχούντων πάντες εἰσὶ συγένεις, i., foelicissimæ sunt affines, vel foelicibus omnes sunt cōgeni.

*ye Geyr poffor* Qui cito dat, bis dat, ad hoc Lucianus ita dicit. οὐκαν

# GERMANICA:

χάριτεσ γλυκερωτεραι, hoc est, celeres gratie dulciores, ita  
Ausonius, Gratia que tarda est ingrata est, gratia nancy  
quum fieri properat gratia grata magis.

¶ Proverbia rusticorum q̄ carmine adolescentes iusi.  
Prohdolor a superis solus veneratur abundans.

Nec probus, aut doctus, nemo iuuatq; inopem.  
Et nunc diligitur nullus, nisi cum sit adulans.

Fallere qui nescis, vobis tibi nunc misero.

Aliud Heinrici Bebelij.

Ah quis sollicito non gestat mille dolores.

Pectore, quiscq; suas sustinet ecce cruces.

¶ Proverbiū amasiorū Henrici Bebelij.

Haud dolor est maior quam dum qui querit amorem,

Spernitur, at miseris spes tamen vscq; nocet..

Tria faciunt virum prudentem

Heinricus Bebelius.

Hæc sunt prudentis faciunt hæc siue sagacem,

Copia librorum, cui sit peruisa frequenter.

Qui mores hominum, multas & viderit urbes,

Calleat historias, regumq; heroica gesta.

Fœlici sponsæ pluit in gremiū, de fortunatis dicit, qui  
bus sine studio, & labore fortuna bona largitur.

Sponsa, vt nosceretur catæcum in templum, in eos dis-  
citur, qui cum scelere, & infamia cupiunt esse famigera-  
tivi Herostratus incenso Diana Ephesinae templo, ut *Herostratus Temp*,  
est apud Solinum, & alios rerum scriptores.

Malus lucem fugit, vt dæmon crucem.

Lupus nō mordet lupū. i. magna est cōcordia malorum  
Qui prauam relinquit vetulam, optimam facit pro-  
fectionem, vel abscessum.

Diabolus unde prohibet mittit nuncium suum.

Vnam ouem alias sequuntur, hoc est, facile simul des-

Mm iij

# ADAGIA

cpiuntur simplices.

*Nas & Jan den aucto.  
t. Jas. t. Aug.  
m. Godefr.* Quod oculus non videt, cor non desiderat, Hoc vult  
temouenda esse ab oculis, quae nocere possunt.

Quod procul est ab oculis, facile a pectore excidit. in  
mulieres incostantes dicit, vt ego olim adolescēs ad Ro-  
siām puellā scripsi. Quantum oculis, tñ discedis mente  
cupido. Estq; per æternū nulla in amore fides.

*is frē ing.  
am pr. lxxv  
Jas man.* Nō volat quis in os lupi dormiētis, hoc est, vigilātes  
& nō dormiētes, desidiosiq; res magnas consequūtur.  
*Senectus ante alios honoranda. Itē senectus primū,*  
ante iuuenes consulenda. Quia vt dicit Menander  
γνῶμαι δὲ ἀμείνους τοῖς τῷ μ. σεραπιότερωμ, id est sententiae  
autem meliores sunt seniorum.

Amici duo sint, qui vere amici volunt esse. & oīa con-  
silia inter se cōmunicare. Aliogn graphice dicit Hieros-  
nymus. Amici tibi plurimi, cōsiliarij aut vnum de mille,  
*Huic pīce qua sunt furto ablata, dicit in eos, qui cum*  
sibjpsis prudētissimi vident, incidunt tñ in aduersa, vel  
pericula, vel qui aliquid temeritate amittunt.

Qui abundat pipere, eodē & pulmentū condire solet  
dici solet in diuites, quibus facile est laute viuere.

Tres mulieres nūrdinas faciunt, in loquacitatē mulie-  
rum dicitur, quare loquacitas nundinis cōparatur, vbi  
maximus est mercantium strepitus, & sonitus.

Stultis sors inimica, hoc est, qd dici solet fortē fortē  
na timet, ignauos premit ita dicit Cebes. οὐδὲ φροσύνη  
τοῖς ἀνθρώποις σφίγξ εστιν, id est insipietia enim hominēs  
bus sphinx est. i. monstrum nocens, & interimens.

Pes lutosus aliqd reperit, dicit in laborates, qui semper  
aliquid laboribus cōsequunt. Econtrario dici solet

Lepus assus nō volabit tibi in os, dicit in eos, qui nisi  
laborat, non facile cōt. ditescere possunt, ad qd quas

# GERMANICA

drat Menandri sūnia. ἐπει πόνου τοιχωρίς οὐδὲν εὔτυχεν, hoc est. vide labore quidē sine nihil. fœlicitatur, idem. μοχθεῖν δινέσκει τούτος θέλοντας εὔτυχεν, id est laborare necesse volentibus fœlicitari. Et ut Euripides dicit: fortunas ex laboribus venari oportet.

Optimus viator præire debet, hoc est, optimi nobis exemplo esse debent.

Cui panis est, panis datur. dicitur in diuites, qui solos ~~meritis~~ ~~bonorum~~ diuites munerant, sed pauper vbiq*ue* facet. ~~ganiat, it finit.~~

Nihil super malitiam prauæ mulieris.

Iuri sepe opus esset ope & auxilio, violentia enim poterunt supplantat.

Parata pecunia, optima merces. ~~Quo bonum gret de isto erit. Spaniorum~~

Nihil tam prauū, quin vtile possit esse interdum. ~~Spaniis, et non solum~~

Post ieiuniū pœsha, hoc ē. post tristitia lœscia sequuntur.

Parcū, & auarū sequitur pdigus. Hoc videmus sapientiā. ~~in Spaniorum fini~~  
~~in Ponorū~~  
fieri, vt parci parētes, & multas opes conquirētes, filios prodigos, & helluōes, pducant, dici item solet. Magnis opibus, & illiberaliter consūtis futurū absumptorē, nec tales opes ultra tertiam generationē mansuras.

Feli caseus est commissus, dicitur in eos, qui id quod sibi commissum est, iipi absumunt. Aliter dicitur. Felem missam pro axungia.

Ad tibiam choreas ducemus.

Vt ager colitur ita dat fructus.

Mulier inulta bona cūstos domus,

Sub principe diuite facile est ditescere.

Quod modum excedit non est diuturnum.

Non inuitati apud ianuam sedent. ~~Alioquin sedet mens sana in corpore~~

Veteres ocreæ indigent mūlta axungia. ~~Alioquin mīnus habet~~

Puer osculatur propter matrem.

Qui omnia solus occupare vult, omnibus careat.

# ADAGIA

**Cui fortuna fauet, multos habet amicos. Econtrario  
Infortunati nullos.** Ita dicit Menander. τῶν δυσχούντων  
τυπχὴ ὁὐδεὶς φίλος. i. infeliciū fortunat<sup>o</sup> nullus amicus

Facile renouantur vetera disq[ui]dia.

Ve s in h[ab]ito  
Dis clavis dict  
Fons off man  
Gas Son gra  
H[ab]itus magis  
Fuit ab C

Parui fures suspendunt, magnis propinuantur poena  
ita Iuuenal[is]. Dat venia coruis vexat censura, colubas.  
Anacharsis interrogatus, quid esset lex? Respondit ar[istoteles]  
neæ tela, quia si in eam inciderit, quid debile retinetur.  
graue autem pertransit tela rescissa. Val. Max. li. viij.

Pauperes homines faciunt diuites sanctos.

Dum feles dormit saliunt mures. ~~So gatt.~~

Ager incultus raro bonum fructum profert.

Reta manifestum fugiunt omnes aues.

Non proderit semp dixisse veritatē, aliter dici solet,  
claudi hostia illis, qui semper veritatem dicunt.

Ob tenuē culpam lupus momordit ouem, dictum in  
potentes, qui facile infirmioribus iniurias inferūt,

Curæ cito senescere faciunt, Song mayson anim ad

Diuitiae pariunt curas. ~~Sic effici animus, p[ro]p[ter]is nos~~

Amor multos pdit. Ad hoc alludit Euripides in Mea  
dea, iambico trimetro Βροτοῖς ἔρωτες νῶν κακὸν μέγα, i.  
mortalibus amores, quā malum magnū. Et ego adolea  
scens more stultorū amasiorū, scribere solebam creta in  
parietibus hinc inde. Ἡ ἔρως πεῖμα ποθειόμ, hoc est o  
mor nocumentum amabile.

Cilibet matri fili<sup>o</sup> suus formosissim<sup>o</sup>. Ita dicit Quin  
tilia, in declama, nemo non formosus filius matri, dici  
tur etiā ita, Noctua pullus suus pulcerrimus.

Vulpē in proprio nido educaui, hoc dici solet in igras  
tos, qui quanq[ue] plura beneficia acceperint, non tñ verē  
tur male facere benefactoribus. Sicuti vulpes, que etiā  
nobis sit educata, nō tñ abstinebit a gallinis nostris, nec

# GERMANICA.

mutat naturā. Dicī item solet a nobis. *Vulpes* nō dimit  
tit naturā. Ad quod alludit, quod apud græcos dicitur,  
ἢ χάρισ ἀλλάξαι τὸν φύσιν οὐδὲν αταί, id est beneficium, vel  
gratia mutare naturam non potest. quoniā, vt Aesopus  
dicit. φύσις πονηρὰ χρήσον ἥθος οὐτρέ φει, id est natura ma  
ligna bonum morem non nutrit.

Dum vinum intrat, exit sapientia. Ad quod alludit  
Menander, ὁ πολὺσ ἀκρατος μινχὰ ἀναγκάζει τρονεῖν, hoc  
est, multum merum pauca cogit sapere.

Necessitas frangit ferrū, dícimus sāpe de illis, qui ex  
fame aliquādo furant̄. Huic puerb̄o cōsentit Menāder  
ὑπὸ τῆσ ἀναγκῆσ πολὺσ ποιέο μεν κακό, hoc est, præ neces  
sitate multa facimus mala. Est & græcū dīsteriū ἀνάγκη  
ὑπὲ θεοὶ μάχωνται. i. necessitatē, neq; dī pugnant.

Semper peius opinamur. Huic proverb̄o astipulatur  
Quintilia, in decla, quia semper apud sollicitos in de  
terius prona est persuasio.

Omnia perdūtur, quæ in ingratos cōferunt̄. Ad hoc  
astipulatur Phocylides, μὴ κακὸν ἐν ἔργοισ σπέργειν ισος  
ἴσιν ἵνι πόντῳ, hoc est, noli in malū virum beneficiū con  
ferre, est ac si in mari semines, vel ne malo benefacias se  
mūare æquale est in mari. Et Lucia, pulcerrimo disticho  
. φαῦλος ἔνησ πίθαος ἔστι τετρακάνεος ισ οὐ δι πασσας ἀντλῶν  
τὰς χάριτας έισ κεν δι ἔξεχέας.

Malus vīr dolīū est perforatū, in quod oēs immittens  
vel hauriens gratias inuanū effudisti. Proinde sapienter  
vt semp, Aesopus, fabulator egregius, & phūs maxīus,  
δυδὲν ὡφελήσεις διατὸν πονηρὸν ἀνδρα τιμῶμ αυτὸν δὲ τύπο  
των πλέον ὡφελήσεις, id est nihil iuuabis te ip̄m, improbū  
vīrū honorans, eum aut̄ verberans magis iuuabis. Econ  
trario optimū est preceptū Cleobulī, vnius ex septē sapi  
entib̄, τὸν διαθοῦσ ἀγατὰ ποιεῖ, qđ est bonis bñficia fac.

Nn

# ADAGIA

*U man amori* Pro cupro qd latini argentariū vocāt, cuprea missa (q  
vocat ab ecclasticis) habēda est, qd ita trūialis vīsifica  
tor lusit. Pro cupo cupas nūmo lege clericē missas, hoc  
est, p mercedis qditate laborandū est. Ad hoc qdrat, qd  
nup qdā sacerdos mīhi notissim⁹ fecit, cui cū quedā in  
ops vetula paucos nūmos afferret, vt ei missam legeret  
dixit, abi matrona, illa em̄ pluris mīhi in officinā cōstat.

Aliud prouerbium rusticorum.

Hyems nunq̄ tā frigida est, nec sacerdos tā senex, vt  
frigeret dū offerunt ei in altari rusticī. Ita versificatus est:  
quidam. Clericus annosus licet imber sit furiosus. Non  
poscit brumam dum dragmā suscipit vnam.

Vbi lingua loquax, ibi pax nulla.

Litem līte soluere, dubium dubio.

Tam vera nūc sunt somnia, q̄ ante centū annos, hoc  
est semp vana & falsa. Tibull⁹. Somnia fallaci ludūt te  
meraria nocte, Et pauidas mētes falsa timere iubent.

Vīnum sapit naturam vītis, ita surē arboris pomū.

*Mangum glāndē vīt fūst* Qui facile credit, facile decipitur.

*Zī vībōndū* Proprius focus auro comparādus, dicitur in eos, qui  
sine quiete in aliorum ædibus vīctitant.

Quattuor occidūt hoīēna ante tps. Vxor formosā, tri-  
stis familia, īmoderatus cibus, ae potus, aer corruptus.

Quattuor abscondi nō possūt, tuſſis, amor, ignis, dolor.

Quattuor inuitat hoīēm ad ppria, vxoris dilectio, do-  
mus amoenitas, defectus sodalitū, & tpis aduersitas.

Prae cæteris rebus frustratur fletus pro mortuis, & cu-  
ra pro temperie aeris.

Nulla arbor vno ab ictū cadit, sic sollicitandū, & per-  
seuerandum est in re, quam impetrare petis.

*C. vīnes pīnīe* Haec tria nō credenda esse mulierē, nup accepit ab ipīs  
*ne formē* mulieribus, prīmū si fleuerit, vt ante diximus. Itē si infir-

# GERMANICA.

magis se fixerit, nisi mortuā videris nō credas, apposita sī  
biædulia nisi comederit in mēsa, credas eā in culina pri  
us repletā, aut suam sibi pātriē lautiorem se posuisse. *sp* *14* *imperio*

Si res parua, quies magna.

Questus paruus conseruat magnum cumulum.

Parua avis, paruus nidus, hoc est puos parua decēt.

Roma non fuit vna die condita.

Vbi bona custodia, ibi bona pax.

Vbi nullus pudor, ibi nulla honestas. Ideo optime dicit Euripides in Medea. *μεγίσκη τῶν ἐν αὐθώτοις νόσοιν* *πάσων ἀναίδεια, id est maximū illorum, qui sunt inter homines vītorum omniū impudentia est, vel maximus eorum, qui sunt in hoībus morbor̄ oīm impudentia,*

Quod de die in diem, s̄epe ad annum differtur.

S̄epe gladius gladio contunditur, hoc est, malus ma  
lo vincitur.

Quod deo, & honori detrahitur, s̄epe cedit in lucrum  
demonis, & turpitudinis.

Difficile est nudum spoliare, apud Plautum est, nūs *Wagere* do vestimenta detrahere. *an*

Quod alōginquis locis affertur dulcius videtur. Ad  
hoc alludit hoc proverbiū. Omnia rara chara.

Dilectis pueris varia nomina damus.

Multæ preces intrant saccum, hoc est, multas preces  
possimus audire, quas non exaudimus.

Qui stultus exit, stultus reuertet, iuxta Horatiū. Cœ*stum de q. in*  
lum non animū mutant, qui trans mare currunt,

S̄epe dat vna dies, quod non evenit in anno. *pro*

Finis sustentat onus, hoc est, si finis bonus est, omnia  
se bene habent, vt dicitur.

Ad tibiam pertinent tympana.

Cum honore sit consilium,

Nn ī

# ADAGIA

Vbi canis mordax, ibi baculus sit .i. malus dominus  
Schola inutilis est sine doctore. (dus poenit.)

~~Non sunt omnes venatores, qui cornu canunt.~~ <sup>Se singom inq</sup>  
~~atq; fructuq; fructuq;~~  
Deus suos amicos visitat.

Bona acquisita facile retinentur.

Communia multis bona, facile perduntur.

Nemo inimicum etiam imbecilliores contemnat.

~~longius longius oratio~~  
Simile a similibus amat. Ad hoc alludit gracum  
proverbium κολοιὸς πρὸς κολοιὸν, id est graculus ad graci-  
culum. Et Empedocles, qui dicit, οὐδεὶς τοῦ θεοῦ τοῦ θεοῦ εφίστε  
θαλασσα, id est simile suum simile appetere.

Muneribus, & remuneratione consolidat amicitia.

Chalybs chalybem frangit, & gladius gladium.

Difficile est vulpem vulpe capere, hoc est, non facile  
astutus astuto imponit.

Non valet conuiuum sine pane.

Comestri panis memor esto, id est sis gratus <sup>hinc erit i</sup> <sup>erit</sup>

Amica salutatio gratum responsum inueniet. <sup>fructuosa</sup> <sup>fructuosa</sup>

Nec eos sine aqua valet.

Durum est natare contra impetum fluminis, hoc est,  
pericolosum est potentibus aduersari.

Hospiti furi difficile furaberis.

Ardea culpat aquas, cum nesciat ipsa natare, ut quidam  
scripsit. Sic ego scripsi. Stultus id in trujs cōculcat, dās  
nat, & odit. Sanguine quod gelido nunquam nouisse valebat.

Si bonus ignis, & bonus cocus.

Malus est ludus, dum alter ridet, alter flet.

Ex nido auem iudicamus.

Est lupus iuvenilis, quem nullus clamor impetravit.

Fama vel cruda faba dulcescit.

Fames est gladius acutissimus, dicit enim Iosephus  
in septimo belli Iudaici, quippe fames super omnes cla-

# GERMANICA.

des habetur, nihil sic perdit hominem, ut pudor. nam  
quod reuerentia dignum est in fame negligitur, & Mes-  
nander. λιμός μέγιστος ἔλγος ἀντεώποιο. οὐχ, id est fames.  
maximus dolor hominibus est.

- Afinus asellū culpat, hoc est indoctus indoctū carpit,  
Diu pauper, diu infelix.
- ~~Malum est iocari cum deo, scit enim dissimilare.~~
- Malum est iocari cum fatuis. Peius cū semifatuis.
- Si lupus in sylva maneret nō inclamaret a populo.
- Pauca administrans, vel regens multos amicos retis-  
net, id est qui est in magistratu multos ledit.
- Homines mali, homines experti.
- Stultus nunc ridet, nunc flet.
- Conterraneus prodit hominem,
- Cito lucratum, cito perditur, *Post his gressum posse jucundum*
- Stultus sine sollicitudine,
- Multi sunt afini bipedes. Item non oēs afini portant *Ca bon ab origine et*
- Equi donati non inspicias dentes. *umb. vix. (accos. art. Eben die)*
- In extremo iudicio videbit, cui latiores clunes sint. *traquam ante*
- Itē extreīmo in iudicio bonus peregrinus manifestabit̄
- ~~Nullū latrociniū semper absconditū. Ad hoc alludit~~
- Menander dicens. λιθεν τοι τέλος μή δόκει πονηρὸς ὥρη,  
hoc est, latere vsq; in finē non putas malus existēs.
- Hospites honorandi sunt. *(possimus,*
- Possum⁹ effugere senū pedes. Sed cōsilio carere nō
- Panis non conficitur sine farina. *Ca macht in ein gärtchen us in*
- Mos regionis, laus regionis. *holz opfern*
- Longa equitatio rectum facit pedem.
- ~~Paucus sermo venustat mulierem, Si tot dulcimanis, v haben~~
- Falsi testes nunc⁹ deficiunt. *ut in iuris ex quibus*
- Boni amici rixantur, & sine arbitris reconciliantur. *umb. t. 1. 3. 3.*
- Boni amici, vel iuscuso sunt contenti, dicere solēt in *Plautus Larinus*
- N n ij

# ADAGIA

uitantes sine magno apparatu, suos fautores.

~~Non sunt autem animi.~~ Multi sunt fatui non rasi, dicitur ex eo quod fere omnes  
~~frimmen rotppar~~ stulti apud nos rasi sunt. ~~Cum frat. hi, in spicilegiis~~ Asinus in aula fouetur solus propter laccos portados.

~~tugum manu~~ Vel leo timore mafuescit. Nemo sibi ppi deformis.

Vel lupus cum numeris grossus, & acceptus, hoc est gratus.  
est quod habet pecunias, etiam si aliquis, ut lupus odiosus est.

Vbi lupus iudex, ibi abeant oves.

Cuculus nullius consilio mutat cantum, id est stultus.  
non paret consilio bene monentium.

Lupus cucullo induitus nihilominus ouibus insidias.  
Sufficit rusticus, si rusticos honore praedit.

Nihil superbius pauperi dum surgit in altum, Ita Claudi  
anus. Asperius nihil est misero dum surgit in altum.

Vox asini quod ad Philomelam, i. nulla est comparatio.

Stultus cuculi vocem cytharis praefert.

Mitudo canum, mors leporis, i. plures facile vnum supat.

A mulieribus barbaris, & inimicis reconciliatis caueas.

Nemo infra scamnum cogitet, id est debemus sperare,  
& conari ad magna, & ardua.

Claudere stabulum post equorum amissionem, i. pueri

habeant meminit iuue, Satyri, xij, est post factum consulere.

Vt noli laiuueretur tuta est a morte, ita noli opes ab egestate.

Nullum mendacium semper occultum. Sic Euripides,

δούλειος τοσούτης χρήσας χρόνου, id est nullum mendacium se  
nescit, vel ad senectutem temporis.

Ille habet cor leporinum, in timidos dicitur. apud grecos est οὐάφειος, id est ceruinus homo.

Dormit ut lepus, dicitur in simulantes se dormire, apud  
grecos dicitur λαγώς καθεύδων, id est lepus dormiens.

Oportunitas est expectanda, Ita dicit Thales vnum ex  
septem sapientibus κατέχει γνῶθι, i. occasione nosce. Alibi

# GERMANICA.

Dicitur καὶ σὺ προσδέχου, id est occasionem expecta.

Vulpes ad vulpē dicitur de similibus in astutia, dicitur item apud græcos, ἀλωπεκίζειν πρὸς ἐτέραν ἀλωπεκα, id est vulpisare contra alteram vulpem.

Quid puerō diuitiæ, id est quoniam ut non potest re

esse, sed abutitur potius, & similiter.

Non puerō cultellū, eodem modo dicitur apud græcos

μάχαιραν, i. non puerō macherā, seu gladiū. Iamit hunc  
Vinum indicat ingenium hominis vel hominem, apud

græcos dicitur οἶνος μή πνεύμα, id est vinū non habere

calciamenta, vel temonem & gubernaculum, hoc est. os  
annia palam habere, & non posse gubernari.

Uti tibi socius, ita res tuæ eunt, Ideo optime præcepit  
Cato ἀσθοῖσ δύλει, id est bonis conuersare. Et Solon

Atheniensis, κακοῖσ μίσει, id est malos odi.

Imperiti & insipiētes, vel imprudētes sunt multo cōfī  
dētiores sibi, vel audētiores & prudētes, & pīti. Hoc pul  
chre ponit Hieronymus his γεν̄, qđ apud græcos pos  
nitur, imperitia confidentiā, eruditio & timorē creat.

Vbi amor, ibi dolor. Ad quod quidā ita cecinīt, Nil  
amor est aliud nisi tristis, & egra voluptas, Nil nisi dul  
ce malum, nil nisi cura placens, & ego. Deniqz mille in  
amore, cruces, & dulce venenum, Luctus & lachrymæ,  
cura, querela, dolor.

Nullū aīal peius muliere. dī alibi, nihil supra malitiam  
mulieris, ita apud græcos dicit. θηρῶν ἀπάντωρ ἀγριωτέρα, possumus in  
κακὴ γυνὴ. i. feris omnibus truculētior mala fœmina.

Fabula anilis, dicitur in illos, qui nugantur, sic paris  
ter graci γεν̄, οὐθλασ, id est vetularum nugæ.

I. Heinrichman.

Potius credam, & experiar, in eos dictum, qui incres  
dibilia narrant.

Nn iii

# ADAGIA

*non nullum statim  
in aliis tantum laboris  
in alienis summi  
et non sit* **L**eatum amittere, & prosequi plumam, de illis dicitur, qui neglectis magnis parua & vilia queritant.

*in aliis pessimi  
et non sit* **V**accam cum phistula cōmutare, de illis dictum, qui optima pro minimis dant.

*in aliis pessimi  
et non sit* **V**etus ahenum facile denigrat tangentes, de illis qui veteres, & senes contemnunt.

*in aliis pessimi  
et non sit* **I**n baculo equitare, est frustra conari.

*in aliis pessimi  
et non sit* **N**udū stramē, & vacuū triturare, est frustra laborare.

*in aliis pessimi  
et non sit* **C**urris, vt ligatus lepus, in tardos dicitur.

*in aliis pessimi  
et non sit* **E**ges ea re, vt curr<sup>o</sup> q̄nta rota, ad illos q̄ supflua petūt.

*in aliis pessimi  
et non sit* **A**dusti pueri ignē timent, ad periculorē memores.

*in aliis pessimi  
et non sit* **V**īnū in scalis eibere, dicitur in illos, qui infideliter mandata exequūtūr, om̄ia in suam vtilitatem vertētes.

*in aliis pessimi  
et non sit* **S**i cœlum rueret multa fierent ollarum fragmēta, dicitur in illos qui superflua timent.

*in aliis pessimi  
et non sit* **N**on sunt tot albi canes, est multitudinis significatio.

*in aliis pessimi  
et non sit* **N**ūnē in fornace torrere de frustra laboratib<sup>o</sup> dicitur.

*in aliis pessimi  
et non sit* **C**acantes prophetæ, in ariolos dicitur.

*in aliis pessimi  
et non sit* **V**t ouum intestaceum, vel sine testa custoditur, dicitur pro illis, qui magna cura obseruantur.

*in aliis pessimi  
et non sit* **C**redis homines in arbore crescere.

*in aliis pessimi  
et non sit* **I**nterea multū aquæ in Neccaro, vel Rhenō præters fluī, ad id dicitur, quod post multum tempus speratur.

*in aliis pessimi  
et non sit* **Q**uid mihi Ro, si ego an portas pēderē de auaris dī.

*in aliis pessimi  
et non sit* **I**n quo nihil boni est, ex eo nihil boni exit, in detra- ctores dicitur.

*in aliis pessimi  
et non sit* **M**alos vīcinos habes, dicit in iactatuos, & gl̄iosos.

*in aliis pessimi  
et non sit* **V**t musca auis, ad illos dī, q̄ esse volunt qd̄ non sunt.

*in aliis pessimi  
et non sit* **N**on curo anseres nudipedes ire, de negligentē dicit.

*in aliis pessimi  
et non sit* **Q**ui a missum equum querit, non curet hæc, dicitur, in illos, qui vana narrant, vel curant.

*in aliis pessimi  
et non sit* **N**ec calefacit, nec frigefacit, de re iani, & utili dicit.

# GERMANICA

Per digitos videre, ē surda aure, & sciēs aliquid p̄terire, *Cx. vñrhort vñr*  
Vicus tāgere, est verum crīmen hominibus obīcere, *am po, br*

Ille venit in cōlūm, sicut vacca in antrū muris, de *gōd*  
impossibilitate dictum. *Cx. vñr ḡtch arb h̄n̄s, h̄n̄z*

Pilos lanæ intermiscerē, est fraudem cōmittere, *bar m̄ngol glagol*

Inter duo scabellā in terrā residere, est aliquid pro */ lo h̄*

p̄ter spēm amittere quam non consequarīs. *H̄ f̄m vñr h̄n̄n*

H. Bebelius.

Modus in amore, est nullus modus, constantia for-  
tunæ est nulla constantia.

Male agitur cum regno, cui duō reges pr̄sunt. *Qas. b*

Malum est murem in pera nutritre, hoc est, habere fa-  
miliarem, & domesticum hostem. *E. pfad vñf*

Tria cauenda.

Aliorū literas nō legere, nihil in officina fabriferrarij *H̄ta*  
tangere, ne in rem ignitā incidas, & nihil in pharmacos  
theca degustare, poteris enim in venenū incidere.

Preceptum pro sanitate corporis.

Lote cale, i vel sta pastæ, & frigesce minute. i. post bal-  
neū sis in calore, et quere calorē, postq̄ comederis sta vel  
ambula, postq̄ sanguinē minueris frigus conducit.

Aliud..

Mane surgas, atq̄ deābula triā agrī iugera. Aliud.

Mane petas montes, medio nemus, vespere fontes.

Post ternos dies pīscis vilescit & vxor. *Cx. vñrden vñr*

Aer ex vēto cognoscit, pater ex filio, & dñs ex fami-  
lia, luumen dñ peruereris ad pfectam ætatem, & de alijs  
hoībus sis locuturus, memēto quæ tu in vita peregeris.

& sic minus in aliorum vituperationē descendes.

Si vīs turpitudinē tuam taceri, ne vītuperes alios. *S. vñr*

Fœlix est, quē sua manus nutrit, plus fœlix qui sua te-  
cte dispensat, & cōsumit, fœlicior cuius os nō blasphem-

Nn v.

# CARMINA

mat. Fœlicior aut̄ illo, q̄ ab om̄i p̄ctō cauet. Multo felici  
ora aut̄ illis om̄ibus, cui deus bonū finem vitæ concedit.  
Fœlicissimus aut̄ omniū, qui ad æterna gaudia peruen-  
hīt, vt nuper scriptum inueni in monasterio ad dupli-  
ces aquas, vulgo Zuifulda in cœnaculo Abbatis.

Q VEDAM NV GAE, ET FACE  
t̄ijs non inepte coniungende.

H A E C S V N T O P E R A A D O L E S C E N-  
tiæ, sc̄rior ætas grauiora meditabitur.

Mithologia Henrici Bebelij Lustingeñ. Poetæ Laureati  
de Lupo & Dorcade in Misomusum ἀμουσον καὶ τὸν  
ἄγροδιατον, atq̄ hostem humanaq̄ literarū.

Si tibi displiceant sacræ Permessidos vndæ  
Pyeriumq; nemus si Misomuse rūdis.

Si Ciceronis opes, & si Demosthenis ora  
Est odioq; tibi cultus in ore lepos,

In promptu causa est, gelido quia sanguine nescis  
Discere signate, verba latina loqui.

Nec tibi diuinos inspirat Appollo furores,  
Nec liquor Aonidum sub tua vota fluit.

Hinc tibi fabellam referam qua noueris esse  
Infensus musæ, d'octiloquisq; viris.

Rupe super eelsa surgunt qua nubiferæ alpes  
Teutoniæ dorcas cornigera ibat ouans.

Hanc lupus, vt vidit iam multis obsitus annis  
Intra se tacitus talia verba refert.

Quam bene longueæ diui voluere senecte  
Incidit in casles præda petita lupi.

Impete cum magno mox primū scandit anhelus  
Clivum prædæ audius læticiaq; grauis.

Ylterius nîsus veniebat ad ardua saxa  
Rupis inaccessæ, decideratq; retro.

# BEBELIANA.

Vindiq; dumq; furens huc circumspexit & illuc,  
Nec facilem ascensum deuia saxa darent.  
Substiterat penitus duro suadente labore,  
Dumq; negat vires pigra senecta suas.  
Seq; ita solatur, quid vis ignobile rupis:  
Esse pecus demens foetidiusq; capro.  
Credere quis posset genuisse hic aspera saxa.  
Solamenq; gulæ quodq; suaue foret.  
Aspice villosum pellem quæ durior ære,  
Et caro morbosa est, concoquiturq; nihil.  
Atq; pati sacrum morbum dixere parentes.  
Quod me seruarint, gloria sit superis.  
Plus hircus placuit male olens licet, atq; petulcus.  
Malo etiam setis, horridulumq; suem.  
Protinus hinc abijt nemorosaq; lustra petiuit.  
Insidijs sperans pellere posse famem,  
Quem nec segnices podagra saue pertulit ætas.  
Cursu veloces exuperare feras.  
At ne prædandi quisq; laudatior esset,  
Atq; suis aliis maior honore foret.  
Concilium cogit dirorum immane luporum.  
Conuentu in medio talia verba loquens.  
Obona posteritas quos instar filiorum.  
Percolui semper, quos altiç; parens.  
Cum modo me videat, vel nonagesima messis  
(Incolumem pedibus, qui superemq; notos)  
Grandior, atq; euo nostris, nec montibus erret.  
Inde mihi vitam suspicer esse breuem.  
Ante obitum incaute volui monumenta iuuentæ  
Tradere quo corpus, saluacq; vita foret.  
Dum nec opemq; ferat Podalyrius, atq; Melampus  
Perdere quos homines, nocte dieq; parent...

# CARMINA

In primis igitur, tabes ne lurida vitam  
Occupet, aut macrum corpus anhela febris.  
Regius, aut morbus foedo pallore venustam  
Deformet faciem pestifera, atq; lues.  
Rupicolas nullus capreas venarier optet,  
Et quicquid pernix inuia saxa colit.  
Nobilitent alij capreas, mihi nemo ministret  
Illarum carnes morbiferæ esse solent.  
Sit procul ægoceros iuuat haud edisse pygargum,  
Morbosi(experto credite) semper erunt.  
Dum valui pedibus. viridis dum floruit ætas  
Nulla satis fuerant inuia saxa mihi.  
At vegetam in senium cupiens proferre iuuentam  
Gustaui nunq; fugeram & ipse petras.  
Puppiuoram velutì siculo sub littore Scyllam  
Nauita Sirenum dulciloquumq; melos.  
Dorcada cœpissim nondū bis lampada Phœbus  
Igniferam superis, exhibuitq; solo.  
Et si dira fames torquebat viscera, capta  
Attamen abstinui malueramq; famem.  
Sic o filioli vestigia nostra secutis  
Sœcula cornicis viuere cana licet.  
Non opus est montes vos ascendisse petrosos.  
Dum viridis sapidas sylua ministret opes.  
Alipedes vobis lepores, caudataq; vulpi.  
Insidijs, nostis dum sua lustra, cadent.  
Corniger in plano nunq; tibi ceruus abibit  
Cespitate, vel quicquid campus agrestis alit;  
Dumq; sagax fueris venator, rustica pubes  
Nutriet ad votum lactigeras pecudes.  
Accipe mammolas vaccas, dulcesq; iuuencos  
Cumq; ouibus timidis hirta capella iuuet.

# BEBELIANA.

Terreat haud iuuenem grex calcitrosus equorum  
Vulnificiç sues, & rabida ora canum.  
Post modo dimitis conuentum belua Martis,  
Et rogat vt memores verba tenere velint.  
Sic Misomuse nequis cum scandere ad ardua saxa  
Desidia atq; annis, & ruditate grauis.  
Hoc est cum furor æthereus cum culta latini  
Candoris πειθω deficiat cerebrum.  
Explodis Phœbum (sed porcus amaracon odit)  
Quod nescis odis, stultus, ineptus, iners..  
Et ne preripiatur famam tibi læta iuuentus  
Eloquium Marci desere ephœbe, mones.  
Et q; nil discat suades vulgaria quæq;  
Et protrita nimis, vel nocitura canes.  
Captio suadetur, quæcunq; sophistica vulpe,  
Sed neq; virtutes, non cupit esse sophos.

ELEGIA HENRICI BEBELII IVSTIN,  
gensis in vitam, & obitū Notissimi astro-  
logiæ doctoris, præteritorūq; vatici-  
natoris Henrici Ritter, Starren.  
vudel cognominati.

Flete quibus iocus, & quis subsannare voluptas:  
Lugeto casus pulcer ephœbe meos.  
Quem tibi fam toties, risu, clamore, cachynno.  
Heu labor in triujs exagitasse fuit.  
Nunc ego putresco febris, quem coxit anhela.  
Henricus Ritter mortuus ante diem.  
Syderei doctor cursus, sed præteritorum.  
Qui melior quondam vaticinator eram.  
Regibus acceptus me Cæsar MAXMILIANUS:  
Audijt orantem donat & ipse virum.

# CARMINA

Præcipue notum me consecratio fecit  
Vndiq; templorum, maxima festa mihi.  
Omnes tunc villæ me ipsum videre sodalem,  
Suaveq; cantantem, Terribilis locus est.  
Illuc quas turbas fecisti rustica pubes  
Dum Bacchus madidis rixifer arma daret.  
Descripsi, & post me longum cantabit in æuum  
Historiasq; leget docta Tübinka meas.  
Dumq; viæ comitem vellet me Cæsar habere  
Dixi, non regum, rustica bella cano.  
At sine honore iacent artes, sapientia cœli  
Temnitur a vulgo, fabula cui fueram.  
Hic Starrenviadel (quod lingua latina rigentem  
Caudam dixisset) nominare solet.  
Prohdolor incudem me alij dixerat vorasse  
Ille columbarum, carnificemq; vocat.  
Crimina Pasiphaes, falso obiecere maligni  
Sola etenim placuit, pulchra puella nimis.  
Testor ego superos calicis fur ipse vocabar  
Falso, nec possum cuncta referre probra.  
Hinc ego, quis sapiens tanta haec ludibria ferret?  
Occurso nostris hostibus usq; minax.  
Defuit haud gladius thorace indutus, & armis  
Sæpius at lapides in mea vota habui.  
His si ridentes non consequor ipse fenestras.  
Concutio, auctori fatali dira precor.  
Imprecor infernosq; ignes, morbumq; Quirini  
Deuoueoq; deos, deuoueoq; homines.  
Dum quoq; per terras, nec fas, nec iura colantur,  
Fulmine nec pereant, qui mihi iura negant.  
Sæpe deos dixi nullos regnare, nec ullum  
Qui regat & cœlos, imperioq; solum.

# BEBELIANA.

Sed dīdici tandem, diuos post fata daturos.

Præmia pro meritis, iudiciumq; graue.

Inde appellaui supræmam iudicis almi.

Iusticiam, & fateor mille citasse reos.

Atq; ideo properans festino subire supernas.

Sedes, implorem iudicis officium.

Atq; procurator vigilans, clamosus & adsit.

Causidicus, flectunt ij, quia iura fori.

Interea quoniam cunctis viuentibus, ipse.

Condono offensam, flectite, quesodeum.

Orate ut misero mihi sit pacatior inter.

Cœlestes animas, vitaq; grata magis.

Nec sim post fatuus, nec risus inanibus umbris,

Aut ego deuoueo cœlum, elementa, deum..

Pro eodem:

Parce precor tumulo, nec subsanato iacentem.

Dum Starrenvuadel, heu puer ipse legis.

Nomine quo superi si me vocitare velitis

Non ego vobiscum cœlica regna volo.

At Bebenhusana q; sum tumulatus in æde

Dilectus quondam fratribus, atq; patri.

Hoc iuuat, ij possunt animi impetrare quietem,

Et precibus sumum mitificare deum.

Aliud pro eodem.

Tu. qui morte tua vitam mortalibus affers

Da requiem æternam. Christe remitte scelus.

ELEGIA HECATOSTICHA. HEINRICI BE-

belij Ad Ioannē Brassicanū Constantieñ, pro insti-  
tutione vitæ suæ peste grassante Tübingeræ.

Si forsan dubitas, ubi nam sit mansio nostra.

Frater Ioannes, quæ quoq; conditio.

# CARMINA

Lurida cum miseros nunc in diuersa fugarit  
Pestis consortes, gymnasijq; gregem.  
Atq; palestra suo cū milite cesserit vrbe      Tubige de  
Quā placidis ameræ ps secat amnis ags scriptio  
Vitiferos cuius colles, & mœnia radix  
Necchare rhenanis excipiende vadis.  
Hæc te scire volo, tibi mittens ipse salutem  
Dulcibus & gnatís, Dorotheæq; tuæ.  
Me natale solum (colit in qua nemo mineruam  
Templa deum nec sunt) paruula villa tenet.  
Hic vbi sueuor; surgunt in mōtibus alpes      Descriptio  
Alpes triticeis frugiferæq; satis.      alpium sue  
At natura negat gelidis in collibus vuas      uicarum.  
Nec bene præsentí numíne bacchus adest.  
Sed vinum veteres tunc nesciuerे coloni  
Dum non natalis, omnibus ille sacer.  
Iam calet ebrietas, didicit sylvestris alumnus  
Ferre ex finitimiſ musta benigna iugis.  
Hinc læte in venerem, & choreas ruit agria pubes  
Insuetuſ titubat, dum furit atq; deo.  
Liquidus heu quondam sueuos produxerat amnis  
Proceros, fortes, Belligerosq; viros.  
Atq; hymenea nihil sensit robusta puella.  
Si nondum quintam vixit olympiada.  
Ast animus nunc luxuria cum corpore mollis  
Frangitur, a priscis degeneramus auis.  
Et quoniam vitium totum subrepit in orbem.  
Hinc variae pestes, & venit atra fames.  
Raro scarent etiam fontes in montibus illis  
Lymphaq; rara quidem, ni pluuiialis erit.  
Quæ conseruat puteis, scrobibusq; profundis.  
Dum natura deest hic valet ingenium.

## BEBELIANA.

At si nunc quæras hirsutos inter agrestes,  
Quid faciam, aut mediter, accipe quæso breui.  
In manibus verso Plini (sunt carmina nulla)  
Quem de naturis scripsierat ille librum.  
(Plinius est auctor satis haud laudatus ab vlo  
Limina qui tantum non penetrare subit)  
Vnde ego plantandi, modo sum preceptor arandi  
Quicquid & oblectat rustica corda lego.  
Yaticinor pluuias, ventos, terumq; latentes  
Inquiero causas, sidereiq; globi.  
Herbarum interdum lego pro medicamine vires,  
Quæ medica efferri, quæq; nocere solet.  
Interdum lepores perniciibus ipse fugaces  
Insector canibus, monticulisq; feras.  
Pallada deserui, & Phœbum duo numina vatum  
(Tam cito mutauit rustica turba virum)  
Insequor & gelidæ pro Phœbo castra Dianæ  
Pallade posthabita, nunc placet alma Venus.  
Pro numerisq; placent nunc barbara verba latinis,  
Hinc puerorum corda mouere volens.  
Quandoquidē (vt fatear) cū sis mihi verus amicus  
Binus amor miserum detinuisse solet.  
Prima diu placuit plusq; ciuilis amatrix  
Nunc quoq; delectat fax agasina vetus.  
Hæc quoniam est absens altis in montibus erro  
(Per gelidam vallem qua Smichus arua rigat  
Pisciculis Smichus ille ferax liquidissimus amnis)  
Luminibus tantum detur ut illa meis,  
Dum solita est vitreis, vel prospectare fenestris  
O ter fœlicem si mihi visa semel.  
Pro qua saepe tuli rigidos cum frigore nimbos.  
Nec timui noctem, visaq; dira stygis,

# CARMINA

Altera ruralis non infima gloria turbæ  
    Vrsula, iam veterem mitigat igne facem.  
Illiū ante colum dum stamina longa trahuntur,  
    Ad longam noctem dulce sedere mihi.  
Omnia tunc facio, cœcus quæ suevit amator,  
    Et latus patrio carmina more cano.  
Tunc mihi præcipuum studium est quo verba venuste  
    Barbara componam, quæ mihi dicit amor.  
Carmina quæ dominæ nostræ testentur amorem,  
    Heu quanto Vates flagret amore miser,  
Nec sum contentus, nisi sit symphonia lenis  
    Addita composite, flebiliterq; sonet.  
( Nudus & in uestis tantum prodire cupido  
    Secretumq; nihil gestit habere deus.)  
Hanc postq; faciles passim didicere puellæ,  
    Paganocq; placet cantio nostra choro.  
Cantat, amat, laudat, nostro cum carmine surgit.  
    Deniq; pubertas, atq; laborat iners.  
Hinc mihi sum visus vati fœlicior, armis  
    Diruta qui cecinit mœnia celsa Phrygum.  
Sufficit en stulto dum sim cantatus amicæ,  
    De doctis penitus, nec mihi cura subest.  
At nihil est mirum sapientes infatuauit,  
    Quondam amor insanus, surripuitq; animu.  
Duraq; magnorum confregit corda virorum,  
    Et grauitate deos dispoliauit amor.  
Hanc vitæ seriem tibi conscripsisse iurabat,  
    Torpeat omnino, ne mea musa, Vale.  
Et quoniam inuasit pestis confinia nostra,  
    Pestis crudescens per genus omne hominū.  
Hercinæ me ideo cultorem spero futurum,  
    Vrbe haca spinis, quæ sibi nomen habet.

## BEBELIANA.

Quo concesserunt, quos secta recentior ornat;  
Philosophi qui nos summo in amore colunt.  
Ex Ingstetta. M. D. II.

AD I V R I S C O N S V L T I S S I M U M  
vīrum Ioānem Stræler doctorem, & Ioan-  
nem Casselium Christi, & Apollis-  
nis sacerdotē Henricus Be-  
belius Iustingensis,

Stræler Ioannes leges qui nōscis vtraqz,  
Natus ad insani verba diserta fori.  
Tu quoqz Casseli doctos numerande poetas,  
Inter & excultos, auribus accipite.  
Est vobis clemens noster lētissimus hospes,  
Nec minus eloquij, pyeridumqz decus.  
Ille dapes gaudens, & dona apponit Iacchi  
Sedulus ut iusto tractet honore viros.  
Ytqz animū ostendat nil sedulitatis omittit.  
At mihi nec focus est, splendidumve hospitiū  
Attamen ex animo si nos mortalia facta  
Metimur, pauper largus & hospes erit.  
Quod solum potero non omni rustica parte  
Carmina condono, diuitiasqz meas.  
Cunqz Leonartus conuiuia lauta pararit.  
Hic vb̄ lēticiam, vel Cato tristis amat.  
Sic lusisse iocos, & carmina plena cachinno  
Condecuit, rebus conueniente stilo.  
Nec mea musa solet lasciuos ludere versus,  
Attamen & risus composuisse decet,  
Has igitur nugas sumentes, nubila frontis  
Ponite, nunc mensæ non cano philosophis.

O o ï

# CARMINA

## ELEGIA HENRICI BEBELII IVSTIN gensis Ad Apolloniā puellam Zufuldēsem de premeditatione senectutis & mortis.

Dulcis Apolloniam pulchram mea musa salutes  
Has illi voces protinus atq; refer,  
Est tibi forma decens, est corpus amabile, flava  
Cæsaries, ceruix insidiosa procis.  
Grata labella rubent, laudo teretesq; papillas  
Deniq; nulla tuo corpore menda sedet.  
Nec fallax animus, mites in pectore mores  
Nec dicto, aut facis rusticitasq; latet.  
At cito labuntur, nec longo tempore durant  
Cuncta, ideo nostrum consilium sequere:  
Occupet imprimis tibi nulla superbia mentem  
Perditur hac formæ gratia tota bonæ.  
Nec sis dura procis, facilis sed amantibus ipsa  
Tecq; venustatis tollat, & ornet honos.  
Ludeq; dum liceat, naturæ munere prudens  
Vtare, o iuuenis, dum faciesq; nitet.  
Nam si distuleris veniens effœta senectus  
Mox adimet formam, quodq; placere facit,  
Si modo quæq; facis placeant, decet esse locutam  
Si loqueris, posthac dedecuisse solet.  
Non sine contemptu tunc lecto sola iacebis,  
Et quereris lætos præteriisse dies.  
Ante fores noctu tunc nullus oberrat amator  
Qui cantu, aut cytharis officiosus erit,  
Inspicis autumnū sub quo iam decidit omne  
Arboribus folium, pallidulumq; riget.  
Orbaturq; comis cerasus, sine honoreq; frondes.  
Demittit quercus, fraxineumq; nemus.

# BEBELIANA.

Palleſcunt ſyluæ, ponunt & cuncta virorem  
Gramina, tunc florum deperit omne decus.  
Sic tua forma caduca, breuis, fragilisq; fugaxq;  
Tam cito palleſcet, quam cito veris honos.  
Tunc labra palleſcent, pendebunt flaccida multū  
Vbera, deformet dira pruina comas,  
Stillabunt oculi, fit triftis anhelitus oris  
Stiria pendebit naribus vſcq; madens,  
Mollescentq; nates, & rugæ corpus arabunt,  
Parteq; frigidior nobiliore gemes,  
Et quo cunq; modo incedis formosa decore  
Eripiet tacito pigra ſenecta pede.  
Aſpice quæſo roſas, croceo quoq; lilia flore,  
Quis nihil ex omni pulchrius exit humo.  
His tamen instantiſ moueare puella ſenecte,  
Tam cito quæ folijs marcid a diſpereunt.  
Quæ niſi vere legas amifſis floribus Austro,  
Nil niſi ſpin a manet, ſentigeriq; rubi.  
Sic deflorebit pariter formosior ætas,  
Vtere vere tuo quod breue parca dedit.

O o ij

τέλος

Ex Zuifulda Pridie Kalendas Octobres

In ædibus Leonarti Clementis

M. D. IIII.

CARMINAS

DESINE LIVOR.

Laus & victoria Maximiliano Augusto  
Romulidum Cæsar dedit hæc insignia nobis.  
Mecœnas fuerat Langius auxilio.

M. D. L.

SIBI      ET      SVIS.



H. BEBELIUS IVSTINGENSIS POETA  
Laureatus, & humanae & literaræ doctor Tubingæ.

# BEBELIANA.

APOLOGIA HENRICI BEBELII CONTRA ZOILVM DE STIRPE SVA.

Quid mihi quod sim rusticus, atq; ignobilis ipse  
Zoile detrectas, stulte bilinguis iners.

Si non criminibus poterit mea vita notari,  
Non euro indocti verba prophana viri.  
Nobilitat virtus, diuinæ & pallados artes  
Sum quibus insignis, nobilis, egregius.  
Si referam proauos, fateor, charosq; parentes  
Rusticus, & duri ruris alumnus ero.  
Sedula turba fuit campum exercere feracem,  
Et diues pecorum, & simplicitatis amans.  
Canæ fides illis, quis non reuerentior alter  
Diuorum, iustum cum pietate colens.  
Est tamen & genitor turbæ prelatus agresti  
Cittibus, atq; suis consilio, eloquio.  
Vicit & æqualès, viridis dum floruit ætas  
Viribus, atq; manu, corporeisq; bonis.  
Solus ego coepi ciuiles discere mores,  
Palladiasq; sequi non rudis ipse scholas.  
Subsequeris frater ( modo det tibi Iuppiter annos )  
Vnica spes generis, spes patriæq; soli.  
Quæ modo ( post sophiæ studium, teneræq; iuuentæ  
Musas ) Hippocrates sub medica arte fouet.  
Glorior hinc humili surgam de sanguine primus,  
Atq; meum véniat nomen in ora virum.  
Namq; adolescenti lauro mea tempora Cæsar  
Cinx erat ex hedera conspicuumq; caput,  
Contulit & nobis armorum insignia, laus est  
Induperatori me placuisse meo.  
Accessi ob studium varijs in partibus urbes  
Nunc me doctorem docta Tübinger videt.  
Cui tersas primus musas, Latiumq; nitorem  
Innuxi, & teuton grammata nostra legit.  
Moribus infanidis tu denigrasse parentum,  
Et genus & famam Zoile inepte soles.  
Posteritati ego, sed nostræ non torpidus auctor  
Nobilitatis ero, famigerumq; decus

Oo iiij

# CARMINA

Cum Mario Cæsar,cum Gracchis Scipio quōdam:  
Ignoti fuerant, innumeriq; duces,  
Donec claruerint rebus fœliciter actis.  
Sola etenim virtus nobilitare solet.  
Desine quapropter sacrum irritare Poetam.  
Candida quem virtus eximium efficiet.

## L A V S M V S I C A E .

Argutissimis , atq; eruditissimis musicæ disciplinæ Magis-  
tris, vniuersit̄is diuī Maximiliani Cesaris semper  
Augusti cantoribus, Henricus Bebelius.

Q saluete virti Regali digna fauore.  
Argutis modulis carmina qui canitis.  
Carmine stridenti mihi phas sit vera fateri,  
Haud genus in terris plus coluisse velim.  
Quos noti humanos, faciles & morigeratos  
Pallada quiq; colunt, qui venerantur item.  
Cantores magno tractauit honore vetustas,  
Nam sapiens Vates, musicus vnius erat.  
Musica languentes socordi pectore dulcis.  
Incitat, & moto's detinet illa viros.  
Exhilarat tristes, afflictos, atq; gementes  
Contrahit hæc animos, atq; remittit eos.  
Hæc mollit curas, simul & conuiua regum, .  
Lætitiatq; oris utilis atq; domi,  
Mitigat iratos, & ad arma vocabit inermes  
Seditione potens est in utramq; viam.  
Lenimentq; mali, seu iq; leuamen amoris,  
Atq; laboris adestr, ocia grata facit.  
Sæpius egrotos curauit corporis artus  
Sanauit morbos, pestiferamq; luem.  
Musica placauit diuos, & cantibus umbras  
Eripimus diti, tartareoq; gregi.  
Insidiatores hominum, scelerumq; magistros  
Dæmonas illa fugat, quæq; aditu prohibet.  
Illa mouet pecudes mutas, volucresq; ferasq;  
Delphinos mirum est doridos, atq; pecus.  
Quinetiam, ut fertur, sylvas & saxa canoro  
Orpheus permulxit carmine Thracigena.

# BEBELIANA.

Sistere qui potuit fluuios, o quanta canetidi  
Gratia: visq; potens: quisq; honor: atq; decus.

Ex Tubinga. M. D. IIII. Octauo Kal. Ianuarias.

## EPISTOLA HENRICI BEBELII IVSTIN- gēsis ad humanissimū, atq; disertissimū virum Thomā Vuolphiū iuniorem decreto& Doctorē, Prepositum Columbariēsem, atq; Canonicū Argentoraci ad sanctum Petrum iuniorem.

Ene cū illis astūm esse Thoma Vuolphi humanarum  
litera& doctissime, quis non videar: quibus a summo  
oīm rerū, & naturae conditore datū est, & intelligere,  
quæ recta sunt, & ea fronte incōmissa sequi. illo& autē condī-  
tionē esse miserrimā, & summo dolore psequendā, qui sunt  
ea īgenij tarditate nati, ea animi p̄tinacia, vt nō solū cœcu-  
tiētibus oculis, nihil egregiū intueri possint, sed etiā apte cen-  
sorio supercilio dānare audent, ea q̄ sunt ab eo& ruditate alie-  
niſima, illi enī ad deo& naturā proxime accedere vident̄, cū  
intellectus nobis cū dijs sit cōis, h̄i autē ad naturā ferinā. nam  
vt non īeleganter scribit Fabius Quintilianus, sicut aues ad  
volatū, Equi ad cursum, ad seuitiā feræ gignunt̄, ita nobis p-  
pria est mētis agitatio, atq; solertia, vnde origo animi c̄lestis  
credīt. Hebetes ḵo & in dociles nō magis scđ'mi naturā hoīm  
edūtur, q̄ prodigiosa corpora, & monſtris insignia, quorsum  
hæc dices: *Quis igitur tecū nō bene astū existimet? qui sapias*  
*et colas studio& genus omne, quiq; n̄fatia studia non mō ad*  
*vnguē calleas, sed & magnificias, eorūq; studiosos diligas*  
*impense. deo& profecto donū est, qui te voluerūt, et cogitare*  
*& sapere supra vulgarē, & fōrdidā plebeulā, que tanq; pestē*  
*divini verbi p̄conibus, & ministris poeticā sublimitatē existi-*  
*mās nihil nisi humile, & qd ex media vnlgi seniina p̄fluit di-*  
*scit, & nouit, atq; alios discere p̄cipit, nesciēs prohdolor po-*  
*ticā, primā fuisse theologiā, teste Augustino, & vetustissimā,*  
*& quæ nobis primū viuēdi modū prescripserit, per quā deus*  
*ipse statim pene a cōdito orbe sua mysteria describi voluit, qd*  
*in Mose illo inuictissimo ducē, & in Idumeo Iob, in Dauide*

O o v.

# CARMINA

patrefilioq; Salomōc sapiētissimo, in Esaia, Daniele, ac plētiq;  
q; alijs pphētis liqdo. deprēdimus, quo& scriptōes uersibus in  
patria lingua cōstant. Adde sancto& patrum Ambrosij, Hila-  
rij, Fortunati & aliorū hymnos, magnāq; diuinō & cantico-  
rum partē proprijs carminib; conscripta. Tu vero Thoma  
Vulphi humanissime, cum sis amusis, & gratijs non alie-  
nus, in omniq; liberali eruditōe insignis, ea ego ratōe motus  
hos tibi nostros fœtus imaturos, & iuueniles diaui, vt nos  
apud plebeiam grāmatistarum cohortē defensare, & tui Va-  
tis dexteritatē ab omni indocto& hominū iniuria afferere &  
vindicare studeas. Nam & multi se lesos arbitrātur, dum dia-  
lectica non dico floccipenditur, sed vel ex arce & principatu  
omniū scientiā deturbari creditur, adeo sola apud quosdā  
celebratur, & sacra est, vt omnes alie artes etiam liberales, &  
liberaliores illa fordere videātur, sintq; contempti, contra  
quos ego hoc in loco castra moueo, non q; illā vituperādam  
existimē, quod nemo sapiens facit, sed quod alias etiam inge-  
nuas disciplinas velim admittēdas, & in hac nīmīa operam  
damnē, adeo vt ex præceptio Senecæ, per hanc transitū fieri  
non morā persuadēa, vt mox post Ἀριγαθοντα, hoc est.  
tyrocynia eius rebus nobilioribus, alijsq; disciplinis, vñ mo-  
dus bene, beat&q; viuendi hauritur, animus studiosus trada-  
tur. In hoc autē me excusatū iri cupio, si leges eglogae trans-  
gressus sim, quod ardor iuuenilis (in tēnētori enī ætate com-  
posui) fecit, & studiū laudande poetices, cuius laudē appetitā  
esse a pluribus animaduertebā. Vale & me ama.

## TETRASTICON H. B.

### AD LECTOREM.

Attigeris nostras non iusta lege caprino  
Eloquio comptas, primitiasq; rudes.  
Da veniam ætati lector, dum paruulus essem  
Seasi ita, sic fatus paruulus vtq; rudis.

2609.

# BEBELIANA.

## Egloga contra vituperatores Poetarum

### ARGUMENTVM.

Fingitur homo Germanus, & Sueus venire ex Græcia,  
græcis & latinis literis egregie eruditus, qualis ego, nec sum  
futurus vñc̄, nec de meipso locutus sum, hic cupiēs cōsulere  
ingenijs patrijs, & eruditurus germanos, cū non more apud  
barbaros cōsueto loqueret̄, fuit derisus a suis, atq; ut more pa-  
tria loqueret̄ admonitus. Vñ surgit de poetica, & alijs discipli-  
nis grandis disputatio, quā candidus Lector legere dignet̄.

### EGLOGA HENRICI BEBELII IVSTIN-

geñ. cōtra vitupatores studiorū humanitatis,

in q̄. disputat Eulogus cū Battō sophista..

#### Battus.

Euloge iam dudum nostris non visus in oris  
Vnde vénis, quaç̄ isle cupis pre cor edere pergas?  
Vndeve tanta gregis macies, simisq̄ capellis.  
Luxurient passim cum prata virentia terris  
Exuberentq; thymus, cythisi, viridis quoq; hibiscus  
Vnde premunt tibi tam siccas ieunia fauces?  
Credere non possum nostra hac regione moratu.  
Hoc habitus prodit solito, & macilentia maior.  
Corporis, & malis densissima barba tenellis..  
Euloge tantorum dicas, quæ causa malorum..

#### Eulogus.

Vera refers ego non tristi hac regione moratus;  
Batte per exteros venio regionis achiuæ  
Incola, verticibus rupes vbi sydera binis.  
Exuperat, dudum summo depastus honore.  
Mille boues nobis carpebant pabula læta,  
Et numero sine oves læte stabula alta tenebant.  
Diues opes tenui, quas nulla elementica bilis  
Perderet, aut frugum populatrix inuidâ grando.

# CARMINA

Mens tamen aduersis, & iniquo sidere mota,  
Sueorum cupiit claros inuisere campos,  
Pastorumq; rudes animos, & nescia corda  
Hactenus instruere, & studijs formare Mineruæ.  
Græcia quis quondam multo splendebat honore,  
Tantus amor patriæ me ad tristia tempora duxit,  
Hospitio nullus miserum tectoq; iuuaret.  
Heu nostræ pecudes per rosida rura vagantes  
Frigore nocturno, pluuiio periereq; chauro,  
Et qui restat adhuc grex est affectus acerbo.  
Squalore, & sanie exosam vitam trahit ægre.  
Hoc quero, hoc lachrymas misero mihi fundit obortas.

Battus.

Euloge iam teneo longas peregrinuſ ad urbes  
Græcorum errasti, & thuscorum pallade cultus,  
Culta quidem narras, & flumina larga loquele,  
Nec sonat os patriam, nulli bene cognitus, effeſ  
Quid tibi tam cultus sermo, populare labella.  
Nil penitus referunt, loqueris sermone diserto.  
Accipe quid cuperem, si quicquā credis amico  
Ridiculus fies per compita cuncta bubulcis,  
Protuleris quicquā, quod non fit more paterno.  
Quid prodest Romam, totamq; vel helladis oram  
Spargere per plebem, cui sit non vlla loquelæ.  
Cura, vt sis gratus nostris pastoribus audi.  
Nil sapias Helicon, prudentia verba relinque.  
Vt simul accedas cunctis affabilis, esto  
Submissus, placidus, sermonibus vtere nostris,  
Moribus incomptis viuunt, argutaq; verba  
Nil pensi faciunt, nec curat clangere quisq;  
Syrmate rhetorico, sapuisse Platona pudor fit,  
Causa est, si queras, & apud nos sunt bene docti,

## BEBELIANA.

Quicq; tenent quicquid Roma, & Græcanica tellus  
Carmína vel nostri sonítant rhytmosq; canoros  
Argutos calamos sunt multi inflare periti.  
Per nemus, & syluas, vt cœlica classica quisq;  
Inferiora putet, nec tam cecinisse suaue  
Meonides cum sint, simulant ruditatis alumnos,  
(Attamen hi pauci) nanq; ostentatio noscunt.  
Nil nisi liuorem ferret, timor occupat artus,  
Agni interq; lupos vrsamue habítasse ferocem  
Proderit & nihilum, siue a mpullosoa profundas  
Dogmata, bellisonæ referentia mystica diuæ.  
Sed ronchi assistunt, in turba v lulare luporum  
Condecet, ad tyberim Romano gutture cantes.

### Eulogus.

Vsq; adeo pudor est sanctos addiscere mores,  
Pectora phocaicis simul, & faciarier vndis,  
Diuítias themidos pudor est, & carpere lymphas,  
Sic sunt despecti sapientia prima tonantis.  
Quos tenet, acteæ simul &, vel pallados artes.  
O fatuos priscos sophiam, quibus ardor anhelus  
Vsq; adeo amplecti hærebat, q; mœnia quosdam  
Ciuita linquentes, per inhospita saxa per æuum,  
Monticulaſq; lares posuisse cubilia constet,  
Ut bene rimentur rerum causasq; latentes  
Naturæ secreta simul, vel delphica sacra.  
Quid q; apes propter per lustra octena sedebat  
Doctus Aristomachus, quosdam patrimonia sponte  
Abiecisse ferunt, quosdam donasse propinquis  
In commune bonum, quosdam spreuisse libenter.  
Tutius vt sancti repleant penetralia cordis,  
Estibus ingenuis quos incutit almus Apollo  
Credentes prauam funesta nomismata pestem.

# CARMINA

Sicut Aristippus fecit. Thebanus amatae  
Ipse Crates patriæ nummū donauerat amplum,  
Doctrinis possit rite impinguescere mentem.  
Pythagoras scitus esse volens, lustrauit in orbe  
Immenso varias vrbes, & climata mundi,  
Et Plato diuinus, quo nec sapientior alter,  
Nec bonitate prior, non eloq̄ quentior ullus,  
Assyriam accessit, Chaldeos, flumina Lagi,  
Ut nihil intactum transiret, quod sapere esset.  
Insequor hos, & quot numero cōprehendere non est,  
Antiquosq̄ sophos, quorum cariosa vetustas.  
Ledere non perget, vel honorē, nomina laudem.  
Non ego stulticiæ condescendisse labore,  
Percolui, & veneror, quos ducit ad æthera virtus:  
Stulticiæ sacras, si quis submittere dotes.  
Ingenij statuit, & deteriora sequetur.  
Illiū in mentem tenebrosus stillat auernus,  
Illiū ad partum astiterant Phlegetontis alumnæ,  
Iratæq̄ deæ fati, volucresq̄ sinistræ,  
Noctua vel bubo, vel Strix funeralia cantans.  
Viuam qui valeam tanta in caligine rerum  
Secordi & rerum serie, liccat tamen ipse  
Omnibus iniuris, quæ sunt bona rite imitabor,  
Ipse rudes animos, noui pastoribus esse,  
Quos alemanorum sanctissima terra fouveret,  
Incomptæ quorum vitæ, morumq̄ misertus.  
(Namq̄ ego Sueorum fateor sum natus in ora)  
Artibus ut vigeant (alijs virtutibus ut sunt  
Conspicui) ad vestros agros & in hospita, doctis  
Arua viris veni doctrinas prodere sanas  
Cum quibus ad superos diuos fit callis apertus,  
Laudifer & possis mortali vescier aura,

# BEBELIANA.

Si libuit tantis nebulis inuoluier, ipse  
Sponte mea abscedens alias proficiscar ad oras.

Battus.

Nil miror, indecora haud vng̃ sacra dogmata credet,  
Tam medio quisq; stultorum pastus in ortu.  
At tamen ut frater qd mens mea concipit intra,  
At multum refert qua sis imbutus in arte,  
Consilium sanum non sis latus inique,  
Quod non ex inimico animo procedere noris.  
Inuisas sequeris musas & cynthia templa,  
Quid tibi cū Phœbo, quid cū permessidos amnes?  
Nil habet aonidum saltus, tripodumq; ministri.  
Utilitas nulla est, vacuis sine pondere nugis,  
Et fabellarum nullus commenta sequetur.  
Fructus honoris simul, dialectica culmina scandas,  
Illiæ æra sonant, dumeta Palemonis ipsa.  
Dant tibi diuinitas & honores, optima quæq;  
Libera quæ studia existunt, insigneq; querunt  
Corpus & ingenium, quibus est si quis bene doctus,  
Gratus & est sapiens, multis & honoribus auctus.  
Spernuntur Phœbus, cum Pallade, turba nouena.  
Et furor aonius per dura rubeta vagatur,  
Sub pedibusq; iacet nostris inuisus alumnis.

Eulogus.

Batte tuis grates moniti's pensare laboreo,  
Sed caueas dein tam vano librare labello  
Rictus, quos merito releuant per inania venti,  
Non ego pastorum volo consenuisse sub vmbra.  
Nos animus celsus sublimia ad atria tentat  
Ducere, pretendam titulos & nominis alti  
Stemmata, quo virtus gratus post tristia fata.  
Pennifera ferar a fama immortalis & ingens.

# CARMINA

Non ego multorum inuidiam fugisse labore,  
Inuideant quicunq; velint, petit ardua liuor.  
Pergo sequi hoc studium, quod laudes, diuitiasq;  
Comparat, & gelidis memoradaq; nomina bustis.

Battus.

Euloge te diui demente furore fatigant,  
Vberius credas logicæ, vel grāmaticæ arti  
Doctrina quicq;, sunt hæc via prima docendi,  
Et quibus obmissis, valeas nil edificare,  
Discere nil poteris si fundamenta recedunt.

Eulogus.

Principia hæc fateor, sunt fundamenta pusillis  
In quibus infantes, puer & sudabit anhelus.  
Transitus in truijs non debet terminus esse,  
Ut Seneca affirmat, verilaudabilis auctor.  
Setigeros patres pudor est trieteride multa  
Completa puerorum inter versarier orsus.

Battus.

O ego si scirem, vt par est, fructus opulentos  
Exposuisse simul logicis, & grammaticæ arti  
Clamares, cœlum, diuos, & sydera testor.  
Nil homini vtilius magis & laudabile cuiq;,  
Ordinar emeritos titulos censere sacratis  
Grammatibus, quibus est fundatus si bene quisq;  
Illi ad laudes, nulla est tua sacra camena  
Sufficiens, prima est sapientum lucida stella,  
Nec quemq; æquari patitur, vah desine tandem  
Grammatices studium lingua damnare procaci.  
Grande opus est penitus, quod vix cōtigit in omni  
Tempore vitali, vel commentaria primæ  
Partis Alexandri, lustrari composita atq;  
Verborum, deponentia verba legunto.

# BEBELIANA.

Græcis mus tibi dat præcepta salubria, per quæ  
Quilibet euadet scriba, aut ludic⁹ magister,  
Atq; sacerdotum sacra culmina scandere possit:  
Quidq; modos dicam vocitant, quos significand⁹.  
Omnes ingenij neruos huc confer anhelus.  
Si es rudis illorum seriem versare sagacem,  
O semper miser, inc⁹ dies miserabilis omnis.  
Eulogus.

Grāmaticum studium pueris cōmittere nunc⁹  
Cessabo, at iuuenes quos nulla nouacula tangit  
Discent, vt post hac mox nobiliora capescant,  
Vnde queant morum, & vītae monumenta beatæ  
Carpere, sub piceis transibis nubibus æuum.  
Si perstas hos prædictos colere infatuantes  
Auctores, putridis quorum de fontibus exit  
Tetrica barbaries, atq; ignorantia crassa,  
Doctrina quorum si te laquearis inert⁹,  
O sine luce dies viues, & nomine surdo.  
Si saperent nostri iuuenes germana iuuentus,  
Vndiq; concordes pulsarent vindice dextra  
Demale se meritos, & pestes ingeniorum  
Cogentes miseram spelea per inuia turbam  
Spirantum errare, & nullis obnoxia rura  
Gressibus humanis tam noxia semina spargunt.  
Ut tamen agnoscas, q; sit tibi curta suppellex,  
His ducibus trito ructas ea verba labello,  
Ut puer annorum septem meliora profertur.

Battus.

Hoc me concedam summo vigilasse labore.  
Bissexas hyemes horum præcepta sequutus.  
Romuleum tamen eloquium non calleo, quodq;  
Eloquor incompte, tria verba refundere in hora

Pp

# CARMINA

Vix quæo, sim patrio quāuis sermone peritus;  
Audīui quandoq; sophos, causasq; latentes  
Solerti ingenio rimari, & reddere causas  
Nubifícis rebus, naturæ misticæ multum  
Sensibus humanis soluebant ore diserto,  
Et varios fortis commentabantur acerbæ,  
Et nunq; stabiles æuentus mundicolarum,  
Famíne quo superos merito cessisse putares:  
Solus ego quem multa dies, quē plurima messis.  
Vidit, conticui, nulos aptandus in usus,  
O tunc quos gemitus fundebant pectora nostra,  
Quis feret hoc animo dextro, consciscere mortem?  
Iam lubet, o nunq; superis bene lætus in auris,  
Noctua sum quocunq; viam, vel dirigo gressum:  
Insequitur cetus volucrum, miserumq; fatigat  
Clamore insano, tenebrofa cacumina syluae  
Vix tutum reddent, o quam nescire pudendum est  
Auriculas asini porto per climata mundi.  
Ah valeat quisquis iuuenes remoratur in istis:  
Gallus Alexander, quæ commentaria cudit,  
Cunq; sodalitio Cornutus, compositorq;  
Verborum pereat, qui dedocuere sagacem  
Me iuuenem, fueram ad sublimia natus, in vndis.  
Limosis mergor facilis non vnde recessus.  
Credo tamen tales, q; sit lectasse necessum  
Antiqua enarrant, & dura vocabula paucis  
Cognita, quæ situs in formis premit, atq; vetustas  
Inuenti rursus sunt, qui noua cedere tentant  
Percipere, vt nequeat vulgaris contio, sintq;  
Mirandi populo non intellecta sonantes,

Eulogus.

Iam chorus astrigerus (tua qui lustrauit amore

## BEBELIANA.

Pectora diuina gaudet, iam flauus Appollo  
Perstrepet argutos sacrum inspiranda furorem,  
Desine quamprimum desuetas velle putare  
Splendorem voces, ut sis Cato, sisq; Cethagus,  
Turpius, atq; nouas configens, sis licet ipse  
Doctior antiquo Varrone, at singere græcis  
Est magis admissum, testis tibi Quintilianus.  
Vtere præsenti labro, sint candida quæ vis  
Proferre in medium, sint pura vocabula compta.

Battus.

Euloge fare precor tandem dialectica pompa  
Cômoda quanta ferat, cui iam germana iuuentus  
Deuota est penitus, solam hanc miratur, a matq;  
Ignarus cuius si quisq; accederet usquam  
In turbam illorum fit bestia, tardus asellus  
In quācunq; volunt formam conuincitur iisse,  
Nescio quid sapient rabiosa tonare citi sunt  
Murmura, non Stentor tales superaret Achius.  
Scire volunt soli, soli ampullofa disertæ  
Argumenta tenent, potis est obsistere nemo.  
Adiunt hic tremuli, sunt barbatiq; sophistæ  
Enthimema solent nodosos, sylloq; gismos  
Cudere, quo claudunt diuinum Socrata stare,  
Currere vel cogunt, & Sortis nomine sœdant,  
Quem sopor æternus dudum facuisse coegerit.  
Irritare caue hos logices documenta lacesces  
Conuictio, vicitus quantis lacerabere telis?  
Sunt nimis arguti, sunt prompti soluere quicquid  
Ponitur in dubium, nigrant ratione potenti.  
Quicquid displicuit, Phœbū, atq; Heliconis alūnas,  
Fructiferasq; negant nulla, & fomenta sciendi,  
Arbitroq; suo confundunt nigra per album

P p ï

# CARMINA

Eulogus.

Ipse equidē optarem tibi quæ sententia de hac re  
Auscultare, meam nunq̄ impertire negabo.

Battus.

Grandia sum semper diuum, & miranda professū.  
Munera, quæ bene callentes sint iure beati,  
Etsophiæ veri doctores, cætera sordem  
Credebam, tractat quæcunq; caterua sophorum.  
Iam iam mens aliud dicit, quia murmura præter  
Rauca nihil sapiunt penitus, vel discutere apti  
Turpius in senibus iam labra trementia quorum  
Nil aliud nec sunt, q̄ marcidâ tela sophistæ,  
Sylloq; gismorum nodos & retia, quæ sit,  
Vel resoluturus puer, aut temulenta vetella  
Sunt maiora quibus merito mortalis homellus.  
Deberet vigilare quidem, & posuisse lucernam.  
Quæ natura latens producat, discere nunq;  
Contendunt, opifex rerum quid & axe superno:  
Iusserit humanum genus, ut sublimia coeli  
Scanderet, & consorsq; deo, fieretq; beatis  
Quid status humanus peteret, quid quisq; requirat.  
Vtile, quid iustum, quid honestū, quid faciendum.  
Omnia quæ nihil pendit dialectica rana.  
Sermonem indoctum rotitant fit barbaralexis  
Splendor & ornatus quæcunq; effundere curant.  
Si solito cædunt campo, sed grammata culta  
Mille modis lacerant tantum persueta sagaces.

Eulogus.

Si nostrum examen spectas, si forte requiris.  
Edam quod sapio, semper studia ista putauī.  
Nec spernenda quidem, sed libera nobilibusq;  
Ingenijs fructus non allatura inhonoros.

# REBELIANA.

Ingenium exacuunt, logicæ vis excitat apte  
Intellectum ipsum, vitat vestigia falsi,  
Orbita monstratur veri non calle sinistro,  
Præstigia & falso multum fucata colore  
Prodit, & argutos, circumspetosq; remittit.  
Sit tamen hæc tenere studiosa palestra iuuente.  
Turpe senex fatuus logices, qui retia torta  
Rosit iam penitus, vel adhuc cupit illaqueari  
Garrulitate potens sola, de cortice solo  
Inflatus sophiæ nunq; sumpsisse medullas  
Curans, sed precium contentio plausus, & ipse  
Vulgaris, solum est, quod sint celebresq; popellor  
Est tamen in primis damnandum q; patiuntur  
Equari nullum, tumidis contemnere buccis  
Audent, quicquid olet præter, dialectica sensa.

## Battus.

Si detet ex animo, quæ sit sententia nostra  
Promere, non laudo, sequeris quod Apollinis arces  
Bassaridumq; patris currus, sterilescq; sorores  
Ventosam propter famam, patrimonia nulla  
Condere, & æternum sub paupertate grauari  
Stulticia est mihi visa quidem, sed parce fatenti.

## Eulogus.

Sunt inopes vates, sumus & nos paupere censu:  
Innocuum genus, & sub mansuetudine vitam  
Ducimus, expertes fraudisq; & nequiciarum,  
Nec nos diuinitis tectis inhiamus, & altis.  
Si datur innocuam quoquis producere vitam:  
Pane, sat innocuo nobis est viuere pane  
Nobis diuinitæ quas, nec subducere fures:  
Nec poterint flammæ, Neptuni aut impetus ingens:  
Est animus, sunt & dociles in pectore vires,

# CARMINA

Secessusq; animi sanctus, quo prendere quimus  
Res cœlo dignas, piceaq; abscondita nube  
Comenta argute depromimus auspice Phœbo.  
Nonne his tantus honos debetur, quantus habet?  
Divitij Croesi. Tharthessi acisq; metallis,  
Nostra per æternos fulgent præconia menses  
Per populos tantos quos Cynthius æstifer amplio!  
Lumine collustrat per vtruncq; cubile volutus,

Battus.

Euloge pace tua liceat dixisse, quid auram  
Nominis æterni pendissimoriare ut egenus,  
Non mihi venturæ tanta esset gloria laudis  
Funera post, viuus si cogor viuere pauper.  
Quid mihi si produnt de me præclara nepotes  
Dum miser in vita, cineres post nulla suavis  
Fama, cadaueribus curas dant fata seueras,  
Quæ bene transcendunt pompā, tumidasq; cathedras.

Eulogus.

Candida fama potest nullo pensarier auro,  
Omnia si perdas famam violare caueto,  
Perdita si fuerit non interitura sequuntur  
Dedecus & probrum, nigrisq; infamia pennis,  
Candor enim famæ dat, diuitiasq; supernas,  
Diuitias hominum præcellit, vt aurea vasa  
Fictile tuiscorum, quantum, vel cedit a chanti  
Carduus, hæmatas superat rosa candida spinas,  
Qua semel amissa nulla est reparabilis arte,  
Diuitij nullis, qua si resplenduit ample  
Quisq; diues erit nullo non tempore clarus.

Battus.

Nomen ego niuium nunq; spreuisse probabo  
Diuitias laudo quas, qui cumulauerit, hic est

## BEBELIANA.

Nobilis, & clarus, iustus, sapiens, quoque gratus  
Illi honor assurgit, cuncti hunc venerarier optant  
Astantes, tenet ille fidem tenet omnia secum  
Ipse licet venias comitatus apolline dextro,  
Et referas tecum Parnassi coelica dona  
Si loculus tecum vacuos expandit hiatus  
Omnibus ingratus nullo tractabere honore.

### Eulogus.

Proh dolor is status est rerum, verissima narras  
Præteriere diu fœlicia sœcula quando  
Charior argento fuerat syncerus honorum  
In præcio candor, nunc solus honos tenuisse  
Diuitias multas, nunquam sed inutile vulgus  
(Quod nihil egregium complecti mente valebit)  
Nobis proponam, pauper mihi semper habetur  
Qui fuerit virtutis inops, licet arua Syenes  
Frugifera obtineat, campania dolia seruet  
Possideat quicquid rubra inuenit Indus in alga  
Callaicas teneat, quasquas fodit Astur arenas  
Sardonicas, Parios lapides, viridesque smaragdos  
Mirrhina, dentis ebur, demum quæcunque vetustas.  
Admirata fuit, si non benefacta sequuntur.  
Nec virtutis amans, & sordida nomina præfert  
Pauperius nihil est, nihil illo spurcius uno  
Virtus sola facit vena, ingenijque sagacis  
Diuitias stabiles, sunt cuncta metalla caduca  
Diuitiae, imperium, longoque examine serui,  
Quicque Midas hodie, forsan pauperrimus Irus  
Cras erit, hora fidem, certam vix vnicā seruat,  
Pro libitoque suo vertit Rhamnusia cæca,  
Immortale opus ingenij non rumpitur ævo.  
Stat sine fine decus nostrum, & per inaniam fama

# CARMINA

Euolat, excelsi subitura palatia cœli.

Battus.

Vera quidem repetis, sano memorandaq; corde,  
Sed q;s opes temnit, quē non premit ardor habendi.  
Philosophos multos præclara, & sancta professos.  
Conspexisse licet saccis inhiasse refertis.

Nec quemq; aspexi, cui non sint dulcia lucra.  
Sunt p̄ciosus opes cumulus, sunt pondus amandū.  
Quis male suada fames qbus, & sitis aspera cedit.  
O quantumq; bonū nummi dat sacculus ingens  
Securas cepisse dapes, obnoxia nulli  
Pectora seruitio gestare, sibi esse satissq;  
Diuītiæ genio indulgent, & limite suauī.  
Labitur his dulci's concessi temporis ætas.  
Ocia sestantur non fracta mente, soluti  
Occidui quæcunq; duces, geticiq; tyranni  
Martigena peragunt dextra, non buccina somnos.  
Torpentes rampit, scythicas, spernuntq; priuinas,  
Ardores rident cancri per sœcula tuti,  
Alba dies istis currit, mensesc; sereni  
Cum Bromioq; Ceres large sua dona ministrat,  
Quos deus æternus lætos generauit in usus  
Nil aliud mundus retinet dulce, atq; beatum.  
Sume manu plena, quam fortunauerit horam  
Iuppiter, o moriere breui, fit nulla voluptas  
Post obitum, pariter sapiens, vt stultus abibit.

Eulogus.

Falleris ah dæmens si ad torrida guttura diu am  
Credideris mentem coelestia semina natam.  
Nasceris ad laudes, mores imitare ferarum,  
Nulla Epicure vorax inter discrimina ponis,  
Atrocesq; lupas, concessaq; munera nobis

## BEBELIANA.

Diuorum mentem, pecora intendentia ventri  
Natura effinxit, celsos ad sydera vultus  
Mortali erexit, patriam q̄ cernere posset  
Vnde migrarisset, quo sit remeasse necessum.  
Cunq; animū nostrum, quo nil diuinus ipsa  
Nil melius. nil nobilis, diuina potestas  
Contulerit, maculauit pernicioſa voluptas  
Semen ditigenum, sub olimpica tendere regna  
Non datur, at chaos obscurum præponis olympos.  
Namq; gula hic breuis est, nec duratura voluptas,  
Perdere quam propter pergis. quā finiet annus  
Nullus, quam sequitur, decus & victoria laudes  
In regione poli, quā non conterritat imber,  
Nec quatitur ventis, clamosa tonitrua ridet.  
Hic sine fine quies, hic est sine fine voluptas.  
Pallida mors, tristes morbi, gibbosa senectus,  
Hic cedunt curæ, simul & furiosa libido,  
Laetitia & requies hic sunt, hic perpetuum ver,  
Quæ nunq; assequeris, si non conuiua, ventris  
Ingluuiem pones, fœdeq; libidinis vsum.  
Diuinitibus nullus locus in regione beatæ est,  
Nec requies terris, raro dormitur in illis,  
Sunt comites illis vrentes pectora curæ.  
Dilige virtutem, facit hæc te sola beatum,  
Cætera sunt fraudes, quæcunq; sub orbe venusta.

Battus.

Si petis astrigeras hic promeruisse tabernas,  
Non te diuitiae, non te lasciua poesis  
Promouet, vt narrant germani sacrificantes,  
Atq; sacri Druides nihil est tam perniciosum.  
Christicolum sectæ, q; lubrica dogmata vatum.  
Innumeros posuere deos, diuq; beatas,

Q q

# CARMINA

Quod vetat ipsa fides Christi, connubia fœda.  
Probra & adulterium narrant, cænasq; Thiestis,  
Et Dionysiadum furias, gallosq; Cybelles.  
Dedecuit quicquid promiserunt carmine vano,  
Atq; animos iuuenum teneros ad celsa creatos.  
Molliciæ effringunt, cænoso & gurgite mergunt,  
Ut nihil egregium valeant, nil nobile fracti  
Prendere, blandiloquæ veneris cōmertia docti.

Eulogus.

Stultus id in tritijis conculcat, dāmnat & odit;  
Sanguine quod gelido nunq; nouisse valebat,  
Nonne sacerdotes paganos saepe videmus,  
Qui nihil aegregium sapiunt, qui nil didicere  
Præter Alexandrum gallum, vel grāmata Petri.  
Ignauum pecus ignorat, quis doctus Homerus  
Fœmina, vel Maro sit, vel vir, quid iudicet ex re?  
Ipse videre potes si rerum pondera nescit.

Battus.

Altisonus nomen, q; non mortale poeta.  
Comparet admittunt, volitetq; per ora virorum:  
Ingenue fassi, sed commoda nullā reportet.  
Bullatas præter nugas, & inania verba  
Contendunt patres, nec vitam emendet iniquam.  
Christocolis, nec conueniat lasciuia poesis,  
Nec vita extirpet, nec de virtute loquatur.

Eulogus.

Nec nostrum scabra teritur rubigine nomen,  
Propositum nobis non est fouisse prophanam.  
Mollitem, aut fœdas laudare cupidini's areces.  
Tollere virtutem conamur ad etheris orbem.  
Casta poetarum vita est, moresq; probati.

# BEBELIANA.

Battus.

Grandia promittis, vellem si vera fateris  
Vtterius pergas diuas ornare camænas  
Laudibus, & segnis non sum comes ipse futurus.

Eulogus.

Non ego iam repeto musis primordia laudum,  
Quas vocitasti aui, sophiæ primaria sacra.  
Musa vagos homines dispersos more ferarum,  
Speluncis nemorum satiatos glandis aceruo.  
Qui sine lege propagabant vitam, sine more.  
Composuit, legesq; dedit ratione verenda.  
Viuere, concessosq; toros, & relligionem.  
Diuorum instituit, proprium non antea nouit;  
Quisquam filiolum, dubio de semine natum  
Moenia condebat, tandem diuina poesis  
Suffulta eloquio, socios & foedera sancte  
Iussit amicitia colere, inuiolata tenere  
Iura, suos quemq; victus quæsisse labore.  
Diuorum cultus vita, & meliore sub æuo  
Iusticia & pietas, fas, ius, sunt munera vatumi.  
Quid q; ad omne genus vitæ, vel idonea morū  
Semina formarunt mortalia pectora vates.  
Quid decor, & ratio poscat, vel limes honesti,  
Quis modus argentí moderatio certa probatur,  
Qua pietate parens, quo frater amore tenendus,  
Discitur hic, patriæ quantū præstare decus sit.  
Clamitat in triujs musarum sacra propago,  
Discite virtutes moniti non temnere diuos.  
Diligite, & iustum, & rectum, sic itur ad astra.  
Heroas claros, & qui dum vita manebat  
Vixerunt castæ, aut artis solertia magnos  
Reddidit, euolitare volunt sub celsa tonantis

Qq ij

# CARMINA

Atria, vel quosquos credunt bonitatis amantes.  
Contra quos vitium tenuit, vel dira libido  
Effractae veneris, vel quos scelera atra fouebant,  
Impugnant, lacerant, ad inania regna tremenda  
Persephones mittunt vbi sunt suspiria in omnes  
Duratura dies, luctus, morbi & dolor ingens,  
Phoebus vbi nunquam radios, neque lumina spargis  
Luna, sed aeternum sunt nubila noctis opacae.  
Nemo etiam melius miserum solatur & egrum,  
Nemo bonos laudat melius, terretque nephandoz  
Desidiam Vates simul ad virtutis acumen  
Excitat, effrenos sano moderamine ducit.  
Si mihi sint centum fauces, sit ferrea lingua  
Comoda nec vatum possum depromere abunde.

Battus.

Displicet imprimit tamen hoc, quod numina multa  
Diuorum ponunt, quo sunt a dogmate nostro  
Suspecti in primis, quod thuricremis litat aris  
Vnius Christi geniti de semine David.  
Cætera sunt nigri simulachra tremenda baratri.

Eulogus.

Te inducas nunquam Vates tam pectoris aestu  
Expertes credant divisum numen olympi  
Vnus eis deus est, quem machina tota tremiscit.  
Sed veteres, simul atque sophi, simul atque Poetæ.  
Tunc posuere deos, culpabis tempora non nos.

Battus.

De nihilo nequeat volucris consurgere fama  
Dicitur in vulgo multum est lasciva poesis,  
Edocet haec vetitos thalamos, & stupra nephanda  
Carmine mollifico blande deducit in hamos  
Nequitias iuuenes, facilis non unde regressus.

# BEBELIANA.

## Eulogus.

Sunt qui per carmen Venerem pinxere salacem;  
Et quorum calamos stimulabat liber iambus.  
Attamen hi pauci, quorum monumenta fatebor:  
Nec suauisse velim, quis propositum scelerosa  
Crimina per versus ornari, & castra Priapi.  
Non tamen afflatus vatum contemnere diuos,  
Idcirco pergas heroum, & mystica sensa.  
Virgo rosas lectat rigidis de sentibus, & nos  
Optima carpemus, q̄ apes & dulcia mella,  
Biblia nonne refert Iessei crimina Vatis,  
Narrat adulterium & cedes, turpesq; gomorrhæ,  
Et sodomæ luxus, Loth non moderabile vinum,  
Attamen hi patrum libri sunt pagina sacra.  
Nigra etiam addiscat, qui vult meliora probare.

## Battus.

Bella equidem docto fudisti a pectore solers,  
Et quæ imitanda forent merito, sed nostra iuuentus  
Pro nihilo pendit sacro de monte sorores.

## Eulogus.

Bellerophontea non solum teutona turba  
Pro nihilo pendit lymphas, ciceronaq; doctum.  
Quicquid olet sophiam, Iouis & de vertice natam  
Affis non facimus, olido de fornice quicquid  
Thaïda concernit summo amplexamur amore,  
Nemo Platona legit iam Socraticosue libellos.  
Curritur ad rabidam cauponam, vdasq; popinas,  
Hic tunc, qui calices plures vacuare valebit,  
Doctior est reliquis, hic fert tempora circum  
Cingitur, incq; urbem pomposo turbine fertur.  
Altisonos tamen enutrit germania Vates  
Emula, qui scribunt Smyrneo carmina Yati.

Q q ij

# CARMINA

Callimachū inuenies, Venusīnāq; plectra sonantes;  
Omne genus scripti nostrī grauitate modesta  
Tractant, ingenium & solertia pectora habemus  
Germani, sed enim clamosa caterua sophistæ  
Deducunt teneros iuuenes ad carceris vmbram,  
Vnde nihil lucis nacti fuscantur ocelli.  
Si horum garrulitas fuerit regiōne fugata,  
Aut suppressa parum, concedes mox alemanni;  
Itale iam vīctus, cedes Thesea propago.

Battus.

Si reges saperent, aut si sapientia grata,  
In tantis nebulis non versaremur inepti.  
Præmia quis dederit nocti, vigiliq; lucerne?  
Quis pallere velit vīnum, & nescire decembri?  
Munera si tollas, Mecœnas sanguine thuscua  
Si fuerit Sueuīs, alemannos ipse Marones,  
Vndiq; comperies, tam odio ieiunia sunto.  
At sicut reges solus capit ardor habendi,  
Sic fama illorum, mars actus, laudis honores.  
Tempore clauduntur paruo vix limina patris  
Egressi, forsitan fatis ducentibus hoc fit.  
Cogor adire domū summis de montibus vmbrae  
Funduntur, pecudes pellam, nox venit eundū est,  
Euloge chare precor longum vīcture, valeto.

τέλος. M.CCCC.XCV.

JOANNI STRELER VLMENSI, IVRISCON  
sulto, & Sueuīci foederis Triūuiro, Henricus Bebe  
lius Iustingēsis, Poeta Laureatus. S. P. D.

Egro te animo mortē accepisse Conradioli Ho  
henstetter cythāredī tui alpestris, amicoq; obser  
vādissime, nō me latet, quippe qui mihi sis plus.

# BEBELIANA.

¶ semel cōquestus, eum esse e medio viuentū surrepit,  
qui tibi iocis, cātibus rusticis, atq̄ cythara testudinea ad  
veterū simplicitatē composita, delitiæ, curarūq; leuamē  
esse consueuerit, quiq; animū tuum grauioribus cogita-  
tionibus ( quibus in foederis Sueuici causis, & negotijs  
quotidie distringeris) conflictatū, quibuscda, quasi ferijs  
leairet, atq; recrearet. Proinde, vt eius tibi memoriā ppe-  
tuare, extpale composui epitaphiū, qd iocosa morū eius  
cōmemoratōe non minus tibi, q; viuus hō iucūditati es-  
set. Et qm vulgarē illam Sueuorū cantidem ( qua puella  
quædā lugubri querimonia amatorē ne abiret detinere  
conatur ) summo quodā affectu, & gesu ad cytharā lus-  
dere, atq; cōponere consueuit. qua me, dum tecū essem  
non parū exhibilarauit. Vokui & illam latinitati cōmens-  
dare, Elegiacisq; numeris ludere, vt si apud superos (vt  
ita iocer) musicæ sit præfectus, non minus Italīs, q; ver-  
naculis suis alpestribus canat. Vale & me ama.

EPITAPHIUM CONRADI HOHENSTET-  
ter Cytharedi Durcheinensis, atq; Sueuiae Alpe-  
stris, per Henricum Bebeliū lustringēsem Poe-  
tam Laureatum compositum Incipit.

Barbita iam sileant, Lyra iam vocalis abito.

Iam sileat quicquid lātificare solet.

Mortuus en ego nunc faceo Conradus Hohenstat,

Qui fueram lyrici gloria prima modi.

Cui placuere ioci nostri, si quando sepulchrum

Attigeris rogo dic, sit tibi sancta quies.

Streler Ioannes primus, cui s̄ape leuamen

Curarum fueram, delitiæq; suæ.

Aliud.

Quis sim qui faceo hic, si vis nouisse viator

Conradus vero nomine dictus eram,

Q q iiiij

# CARMINA

Barbaricum ex patria traxi cognomen Hohenstat,

Inq̄ plaga alpestri Suevia me genuit.

Quantus apud Thracas fuerat Rhodopeius Orpheus,

Archadiæ quantus Pan deus ipse suæ,

Quantus & amphion Thebanæ conditor urbis

Agricolis, ego tam gratus eram ipse meis.

Tam bene callebam dulces testudine neruos

Tangere, suauiloquum vox mea iuuit opus.

Dulcia reddideram toties Hymeneia festa,

Dum pede pulsares rustica turba solum.

Exhilarauí etiam indomitæ conuicia plebis,

Gratus epheborum, virgineoq; choro.

Quin etiam, vt tetigi celeri cum pollice chordas,

Voceq; concordi composui cytharam.

Libera curarum tristis saltauit egestas,

Gaudebatq; ioco fœmina virq; meo.

Nec se continuuit proauí edentata senectus.

Errat & in chorea sæpe anus ipsa tremens.

At quas nec lyra, nec vocis symphonía flectit.

Me parçæ rapiunt inuidiosa cohors.

Sed reor excelsum potius rapuisse tonantem,

Læticiaq; deum consuluisse suæ.

Lucidus vt cytharis esset resonantior æther,

Lætificemq; umbras cantibus, atq; iocis.

Interea tu, cui choreæ, vox, barbita cordi.

Flecte deum prò me, viue viator, abi.

VVLGARIS CANTIO. ICH STOND AN EL

nē morgen gar häimlich an aim ort. Per eundē Hein  
ricū Bebeliū Poetam, in carmē latinū redactum.

Tempore quo coniunx titonum mane reliquit,

Occulto steteram conditus ipse loco.

# BEBELIANA.

Hic illam audiuī miseranda voce querelam,  
Qua flet amatoris pulchra puella abitum.  
Nescio quo fato mihi mēs presagit amice. Puella;  
Cedere conantem, tecq; parare fugam,  
Hoc ego sperauī mihi, qui iurare solebas.  
Te solam in vita semper amabo mea,  
Jurabas memini, miseram cur perdere queris?  
O requies animæ, dīmidiumq; meæ.  
Sic stata fata vocat, nō est spes vlla manēdi. Amator,  
Virgo vale, nostri quæ memor esse velis.  
Ac discedentí postremum porrige dextram,  
Quæ toties nobis pignus amoris erat.  
Dent quoq; dī superi, (quoniā non possumus ipsi)  
In me pro meritis præmia dīgna tuīs.  
Ne tantū cōmitte nefas crudelis amator. Puella;  
Aut miseram properes ense necare prīus.  
Dixeris, aut saltem redditum si nulla morandī  
Spes fuerit, vitæ consulitoq; meæ.  
At maneas potius, quicquid mihi patria cura  
In dotem dederit sumptibus adde tuīs.  
Lusim⁹ in summa tot noctes, totq; p annos Amator,  
Læticia, noceat ne mora longa caue.  
Tempus adeſt, q; si non tempestivus abībo.  
Iacturam famæ iure tīmebo tuæ.  
Hoc tīmeo imprīmis, quo nil mihi tristius vñq;  
Eueniet, tantum dī prohibete nefas.  
Et quid opes referas? quæ non alimenta per annū  
Præstiterint, etiam post abiturus eram,  
Vt vires famæ paupertatisq; periculum.  
Concedas tristem iam precor ipsa viam.  
Si stat abire tibi, est & inexorabile pectus. Puella,  
At saltem liceat me comitem esse viæ.

Qq y

# CARMINA

Nec piget extremas tecum concedere ad oras.

Quo sine mors vita dulcior esse solet,

Parce tuā gentem precor infamare puella, Amator,

Atq; domum patrīs, quæ probitate nitet.

Inuenies etiam de tot modo milibus vnum

Vrbis amatorem, cui placuisse velis.

Quicq; tibi penitus veteres expectorat ignes,

Tam cito fœmineo corde recedit amor,

Desine nobiliū nihil cōmemorare parentū Puella;

Stemmata, non aliis cor mihi tanget amans.

Non ego candore m famæ, non stirpis hon o rem

Curabo, tecum dum licet ire procul.

Quid te detineā pl aleratis vocibus vltra? Amator.

Pulchra puella vale, me tera fata vocant.

Hic flens, & sparsos virgo laniata capillos Puella;

Pectore de tristi, talia verba refert.

Non ego credideram, dum disiunguntur amantes

Affligi tantum, mors leuis ipsa foret.

Mors leuis ipsa foret finem positura dolori

Quotidie morior, maceror, excrucior.

At mihi concludi possit si carcere pectus

Illius, vt curæ nulla puella foret.

Ante per hæmmatos errarem, mortis ad horam

Sentes, & tribulos nuda genu, atq; pedes

Ante per ictiferos enses, mediumq; per ignem

Carcere q; sinerem pectus abire meo.

Fixisti telum, credas mihi, pectoris imo

Ille ait, hoc ignis, hoc latet ipsa Venus

Concutit hoc corpus, penetrauit, & ilia summa

Quod sine, nec sine te cogor abire miser.

Quam mallem, nostis diui, tentare duellum

Promissum, atq; latus hostis adire feri.

# BEBELIANA.

Atqe ita discedens, oculos reflexerat usqe  
Dum visum excludit, fallit & aura suum.  
Illa petit latebras, & questibus aera cōplet,  
Cuiqe fluunt oculi more perennis aquae,  
Ac postqe rediit animus mox ecce puellas  
Flebilibus, caueant, admonet illa modis:  
Discite ab exemplo miserae blandissima turba,  
Nil fore perpetuum quod placuisse solet.  
Nec faciles fallant iuuenum blandissima verba  
Nulla fides iuuenum, nulla in amore fides,  
Spes, amor est fallax, nec duratura voluptas,  
Impacata quies, laetitia atqe dolens.  
Pernicies iocunda, nimis quoqe dulcor amarus,  
Qui postqe fureris mox fugitiuus abit,  
Deniqe mille in amore cruces, & dulce venenum  
Luctus, & lacrimae, cura, querela, dolor.

Puellas

XVIII. KAL. SEPTEM. ANNO  
M. D. VII.

Ad lectores.

Argumentum. H. Bebelij Poetæ Laureati  
in sequentem Elegiam.

Si nouisse iurat, quantum flagrantis amoris  
Impetus attentat, qe vehementer agat,  
Concitet & quantum calor ad virtutis amorem,  
Quamqe agiles reddat, morigerosqe viros.  
Hunc lege Cymonem, quem bella puella disertus,  
Et fortis ex fatuo reddidit, atqe catum.  
Reddedit has rugas thuscis Boccacius auctor  
In prosa, Latij*s* mox Beroalde dabus.  
Bebelius tandem captus dulcedine rerum.  
Astrinxit numeris, imparibusqe modis.

# CARMINA

## ELEGIA CIMONIS DENVO EMENDAT.

Amor Cymonis fatui, qui ex amore vir p̄stantissi  
mus euasit, ex prosa oratione in numeros cōuer  
sus per Henricum Bebelium Iustingensem.

Cyprus erat quondam regnis decorata nouenis  
Vrbibus illustris, diuitijsq; potens.

Insula diuēs agris, & fœcundissima tellus,  
Vt referunt veteres, historiæq; suæ.

Huius mūnicipes, inter dītissimus olim est  
Nomine Aristippus nobilis in populo.

Omnibus in rebus, qui fortunatus haberis,  
Et potuit dici iure beatus item.

Ni rebus nūnū lautis fortuna repugnet  
Sæpius, ut mundi claudicet omne decus

Inter enim plures gnatos tulit ille Galesum  
Conspicuum forma, corporeisq; bonis.

Vsq; adeo, & queuos esset formosior inter,  
Et mage procerus quos Cyprus omnis alit.

Verum insanus erat, vecors sine pectoris æstu  
Moribus incultis, vox quoq; crassa fuit,

Quem neq; preceptor, neq; vel solertia patris  
Eruditisse potest, reddere vel docilem.

Fabula fit vulgi, cunctis iam dictus Ephœbis  
Cymon, quem fatuum Cypria lingua sonat,

Hoc tulit indigne pater, & cruciatur acerbe  
Dum spes de sanis moribus omnis abit.

Vtq; suis non quotidie obuersetur ocellis,  
Atq; recens mentem torqueat vscq; dolor,

Iussit in agrorum cultus, & rustica mitti  
Munera, villarum, & simplicitate frui,

Illi tempus erat syluis consumere dulce,  
Et bene conveniens rustica turba fuit,

# BEBELIANA.

Vt pote qui cunctis fuerat ciuilibus expers  
Moribus, vrbanae nescius, atq; togæ.  
Dumq; ita sollicitus stiuæ est innixus arator,  
Officiumq; suum sedulitate facit.  
Forte die quodam campis spaciatur apricis,  
Secq; viæ comitem Scipio solus agit.  
Ver erat, & repidi spirauerat aura fauoni,  
Frugrat, & in campis, florigerumq; decus.  
Mulcebant vario volucres modulamine cœlum,  
Et Philomela suos temperat arte modos,  
Omnia floruerant, tunc est pulcherrimus annus,  
Vndiq; fronde nemus, gramina flore nitent.  
Haud procul est locus multis non cœsus ab annis,  
Et bene proceris, arboribusq; nemus.  
Quo postq; venere viri planissima campi.  
Area conspicitur, quam subiisse solent.  
Huic suberat dulcis crepitantibus vnda susurris,  
Inuitans somnum, tecq; quietis herum,  
Illiç inueniunt pulchram dormire puellam  
Vmbrisera in rîpa gramine, & in viridi.  
Huic adeo tenuis fuit, & pellucida vestis.  
Vt decor in toto corpore visus erit,  
Ancillæq; duæ, fuit atq; pedisse quis unus,  
Qui comitantur iter, virgineamq; viam.  
Quam dum lustrando Cymon videt, attonitus mox  
Heserat, vt nunq; fœmina visa prius.  
Sic baculo innixus cœpit rimarier apte,  
Et faciem, atq; habitum, virgineumq; decus.  
Singula membra tacens spectat, flammæq; latentes  
Hausit, & in vultu lumina fixa tenet.  
Ante ea, qui nunq; a tardo distabat asello,  
Qui caruit sensu, quiq; sale orbus erat.

# CARMINA

Arbiter est formæ factus postq; arsit in illa,  
Infixusq; imis vulnera fecit amor.  
Laudatur facies, fuluo & fulgentior auro  
Cæsaries, necnon, purpureæq; genæ.  
Hic quoq; cōmendat frontem, niueosq; lacertos,  
Collaq; Bistonia candidiora niue.  
Nigra supercilia, & laudatur eburnea ceruix,  
Nulla vel in toto corpore menda fuit.  
Nil non aspergit laudabile, præter ocellos,  
Quos cum dormiret cernere non poterat.  
Mens erat interdum expergefecisse puellam,  
Vt nihil ex omni parte lateret eum.  
At veritus nemoris diuam, & genus esse dearum  
Formosa vt visa est nulla puella magis.  
Non erat in tantum rudis, vt diuina caducis,  
Terrænoq; homini non meliora putet.  
Iccirco expectat, dumq; expurgiscitur ipsa  
Sponte sua, q;uis tempus abire fuit.  
Dum stetit obtutu tacito, defixa tenendo  
Lumina, de facie gaudia multa trahens.  
Euigilat, cunctis virgo pralata puellis,  
Nomine quæ dicta est Iphigenia suo.  
Dum caput alleuat, hæc vidit Cymona bacillo  
Innixum prope se stare, quasi attonitum.  
Et quoniam fuerat Cyprio notissimus omni  
Partim stulticia, diuitijsq; patris.  
Alloquitur stolidum virgo pulcherrima, Cymon  
Quid nemore hoc queris, dic precor ipse mihi?  
Hic neq; respondet, vultu sed virginis hæsit  
Assidue, & nunq; flexerat hinc oculos.  
Namq; voluptatem tanto ex fulgore puellæ  
Concipere, & raram laticiamq; putat.

## BEBELIANA.

Illa pudicitiae obtutu timuisse periculum  
In se tam fixo stulti hominis solita.  
Mox iter ingreditur, Cymonem linquere curans,  
Quem prius alloquitur, quemque valere iubet,  
Hic quia concepit torquentes pectora flamas,  
Offert se comitem, seruitumque suum.  
Et si non æque tulerit comitatus honorem  
Virgo, tamen fatuum, vel repulisse timet.  
Vtque fores viscera ad patrias comitauist euntem,  
Declinat proprij viscera tecta patris.  
Alloquiturque patrem, post hac non vivere velle  
Talibus in studijs, ruricolaque casa.  
Primo cognatis hoc cooperat esse molestum  
Ille sibi præsens ne dolor viscera foret.  
Contandū tamen inducunt, dum causa liquefacit,  
Tam cito mutati, cui placuisse ager.  
Comperiunt tandem pulchræ, & forma puellæ  
Ciuilem ex crasso, reddideritque catum.  
Ante ea quem nunquam potuere perita magistris  
Flectere verba sui, quem monitusque sacri.  
Impetrat ergo aude vestes a patre docentes,  
Sordidior ne sit ciuibus ipse suis.  
Lætatur genitrix, lætantur sanguine iuncti,  
Indulgetque pater quicquid habere libet.  
Ille frequens socios inter versarier optat,  
Urbaniisque cupit semper adesse viris.  
Nocte, dieque vigili rimari, & querere, quo sit  
Moribus excultus, quoque placere queat.  
Ergo breui spacio triuialia grammata doctus,  
Philosophosque inter vel numerandus erat.  
Solus amor causa est, cui dum flagranter inhæret,  
Emendat vocem, clarisonamque facit.

# CARMINA

Vsq; adeo, vt cunctis fuerit prælatus Ephœbīs  
Eloquio, cantu, musicanoꝝ modo,  
Omnibus atq; studet (vīsum mirabile cunctis)  
Per quæ virgineus concilietur amor.  
Non aliis quisq; bellī tenet aptius artes  
Flectere velocis colla peritus equi.  
Quid plura; hic fuerat nulli virtute secundus  
Quacunq; assumas, omnibus in Cyprijs.  
Digne igitur dulcis Veneris præconia parta,  
Quis bene concelebret, demeritumq; decuss.  
Auspicio cuius virtutes agmine facto  
Exeruere caput, quæ latuere prius,  
Et quas immittis retro sub carcere claudit,  
Fortuna immodicis sæpe inimica bonis,  
Has amor expressit, qui marcescentia somno  
Ingenia exacuit, desidiamq; fugat.  
Quicq; locis ex obscuris animos generosos  
Eduxisse solet, inq; suprema locat.  
Cumq; importunus, vel sæpe licentior esset  
Cymon, & a recta cesserit ipse via.  
Ut puta, qui captus (quis em̄ modus est in amore)  
Virginea forma, tedileroꝝ deo.  
Hoc tulerat genitor tamen, ex veruece politum  
Cum videat factum, causa cupido fuit,  
Et quia Cymonem se a virgine dicier ante  
In sylua audierat, ludibriōꝝ habitum.  
Cymon enim stultus Cyprijs sonat ipse Galesus  
Consilio, & gestis hoc abolere parat.  
Ardua quæq; studens accedere fortiter vñus,  
Nil non egregium cogitat, atq; facit.  
Tolleret vt maculam hanc, & gratior esset amicæ,  
Namq; loco mortis spretus amator habet.

## BEBELIANA.

Atq; vt flagrantem paulum moderetur amorem,  
Neue esset semper discrutiandus ítem,  
Cypseum appellat patrem, & dignarier optat  
Coniugio Gnatæ, virginœq; toro.  
Cypseus contra se despontasse cuidam  
Afferit ex Rhodijs egregio iuueni,  
Cui genus a proauis clarum, & virtutibus ingens  
Sit simul, at pactam frangere nolle fidem.  
Iam quoq; pacta dies venit, ecce optabile tempus  
Pasmundas sponsam, quo vocat ipse suam.  
Arserat iniusti stimulis agitatus amoris  
Cymon, & ex rapto raptus amore furit,  
Dum quid agat dubio nequicq; fluctuat æstu  
Indigno tandem vim parat ille toro.  
Imminet heu quanto te te complectar amore  
Tempus ait nobis prodere vírgo tibi,  
Quæ mihi sola places, quæ sola vel ante rudentem  
Reddis solerter, tersiloquumq; vírum.  
Secum ita ter foelix si quem dignabitur inquit  
Illa vírum, nec non ter, similisq; deo.  
Idcirco aut moriar, vel te pro coniuge ducam.  
O fortuna faue, tuq; superba Venus.  
Stat rapere eximiam nobis, stat quicquid acerbum  
Marte pati, fiat dummodo præda mihi.  
In genus omne malum, per mille pericula rerum  
Scandere non fugiat quisquis amare cupit.  
Magnanimū calidæ Veneris cōmertia poscunt,  
Non sunt hæc patridis arma petenda víris.  
Per gladios multi pulchras rapuere puellas,  
Fœlices constat, quos senuisse tamen.  
Dum sibi persuasit secum dum talia tractat,  
Et sibi tam certum, consiliumq; foret.

R

# CARMINA

Ecce vocat furtim socios, & sanguine iunctos  
Proderet ut secum quod statuisset eis.  
Singula dum narrat, certatim cuncta iuuentus  
Se facilem praebet, morigeramq; viro.  
Protinus eductam nauem, iuuat armamentis,  
Aptariq; suis, & dare vela noto.  
Taliter inq; salo præstolaturus euntem,  
Ad sponsum dominam, quam rapuisse parat.  
Iamq; aderant Rhodij iuuenes, perferre puellam,  
Ad sponsum iussi, luxq; iugalis adest.  
Excipiuntur honorifice, lauteq; parantur  
His epulæ hospitibus, & geniale merunt.  
Mox dare vela solent ventis, & remigelæto,  
Adducunt sponsam per mare fluctuagum.  
Sulcabat medium pinus secura profundum,  
Læticia & pleno turba soluta mero.  
Irruit ecce audax Cymon, qui sistere nauem  
Precipit, armata, vulniferaq; manu.  
Sistite clama atrox, aut mors erit omnibus yna,  
Naufragioq; dabo corpora vestra truci.  
Strinxerunt Rhodij late vibrantia ferro  
Tela, nec ad pugnam turba animosa minus.  
Nauibus illorum, sed mox immittitur harpax.  
A Cymone, fugam detinuitq; virum,  
Solus & in proram saltum dedit ocius hostis,  
Non expectatis, quos comites habuit.  
Inuictoq; animo medios volat ecce per hostes,  
Agmina quæq; fugans, qua secat ipse viam.  
Strauerat, & multos faciente cupidine vires  
Vulnera, cede suum depopulatus iter.  
Non secus, ac leo magnanimus violenter in hostes  
Percitus irrupit, sternere cuncta petens.

## BEBELIANA.

At vero Rhodijs impar ea pigna videt  
Cooperat, ut totus concomitatus adest,  
Et sese dedunt postq; non viribus aequis  
Instructi, armatis cedere iure queant.  
**Cymon** captiuua victor votoq; potitus,  
Affatus Rhodios talia verba refert,  
Ponite sollicito conceptos corde dolores  
O Rhodij, & vestris rebus adite Rhodon  
**Non** vos inuasi, captus dulcedine praede  
Fluctibus in medijs, nec spolia ampla peto,  
Iussit amor facinus, nec quisq; obstat amori,  
Et Venerem contra, quis ferat arma deam?  
**Cumq;** fidem genitor daret, haec fuit inscia facti,  
Foedere perpetuo, quam mihi iunxit amor.  
**His** ita dimissis, ad se rapit, ille puellam,  
Atq; renitentem fortior abstulerat.  
**Phas** & iura sinunt, lachrymis ait illa, profusis  
Legitimum alterius commaculare torum.  
**Singultuq;** pias simul impediente querelas,  
Testatur facinus, coelicolasq; deos.  
**Cymon** ad haec, non est cur te afflixisse dolore  
Debueris, tristi aut Iphigenia metu.  
**Ille** ego sum cui mors, cui vel spes vnicā vitæ  
Pendeat ex te vna de manibusq; tuis.  
**Vicit** amor fragilem, victo o ignosce fatenti,  
Et si vir potior nullus in orbe tibi est,  
**Si** fueris, vel bella minus peterere minusue,  
Vultus culpandus proditor iste tuus.  
**Fecerunt** alij, rapuit Minoida Theseus,  
At decus illius saecula nulla tacent.  
**Mox** comitum assensu Cretea ad littora tendit,  
Sperat ybi tuus viuere posse magis,

Rr 5

# CARMINA

Istic coghatos, quoniamq; & sanguine functos  
Complures habuit, quosq; fauere putat.  
Quod veritus Cyprum versus si vela dedisset,  
Inferretq; patri tam spolia ampla suo.  
Discordes animos, atq; indelebile bellum  
Inter amicorum progeniem efficeret,  
Expassis igitur velis, & remige forti  
Ad portum Cretæ concitus ire studet,  
Sæpius aspiciens lætantí pectore prædam,  
Cunctaq; foelici facta rogabat aue.  
Cui nocte meminisse fuit spes summa futuram,  
Aetneis flammis, quem magis vissit amor.  
Quecas hominum curas, o lubrica mundi  
Gaudia, delectat quicquid in orbe, breue est:  
Ecce vaga, inconstans, incerta, volubilis, atrox,  
Fortuna, instabili, mobilioreq; pelo.  
Gaudia Cymonis luctum conuertit in atrum,  
Et quicquid iuuit, causa doloris erat.  
Vix etenim placido transiunctus marmore binis  
Horis, & medium, vixq; peregit iter.  
Instabat cœta nox, cœlum quæ nubibus atris  
Texit, & obscura est condita nube Venus.  
Cum male Neptunus tumidis albescere coepit  
Fluctibus, & quatunt mox vada salsa ratem,  
Et sine lege ruunt, tristes in prælia venti  
In Cretam, est nullus qui bene vela ferat.  
Hic trepidare omnes, misceri & pectora motu  
Diuerso incipiunt, poenituisse simul.  
Ipse negat rector se, quis status ipse futurus  
Scire, sed oblii munera quisq; sua.  
Tunc quantus fuerit moeror Cymonis, abunde  
Vox nulla exprimere, & nulla camena potest.

# BEBELIANA.

Cum reputet sese quandoq; fuisse beatum,  
Protinus immersam, læticiamq; suam.  
Attamen ante omnes tensis ad sidera palmis,  
Dirigit subito, virgo pudica metu.  
Attonitæq; diu similis fuit, illa capillos,  
Et laniata genas, tristia quæq; gemit.  
Tunc primū admissum formidine crimen acerbat,  
Et poenas tanti criminis esse putat.  
Dumq; procellosa puppis luctatur in vnda,  
Et capiunt vires flamina cuncta suas.  
Hi trepidi appellunt Rhodon haud caligine notam  
Littore securi, dummodo parta salus.  
Atq; locum dijs auspiciis venere sub illum  
Quo Rhodij, quos hic misit abire prius.  
Clarescente die, distantes iugere paucō  
Viderunt Rhodios, nauigiumq; suum.  
Iccirco propere, & multis conatibus illinc  
Eduxisse ratem, discipiuntq; fugam.  
Carbasa remigio, & sudantibus acta lacertis  
( Heu quantas vires contulit ipse timor )  
Ventorum rabies aduerso flamine, eodem  
Littore destituit, nec sinit ire procul.  
Quos dum vidissent nautæ, non gressibus arctis  
Ad socios vnum nuncia grata tulit.  
Haud procul est sita villa quidē, cirrata iuuentus  
Qua se contulerat, nobiliumq; globus.  
Illos appellatq; ex ordine singula narrat,  
Quis simul auditis, vndiq; turba ruunt,  
Patricijs sese agricolæ iunxere sodales  
Complures, ne sint inferiore manu.  
Soliciteq; fugam meditantem marmore saeo  
Cymona apprendunt, Cyprigenasq; viros,

R r ij

# CARMINA

In villamq; trahunt(vnde exiuerer uentes),  
Vocibus horrendi, læticiæq; graues.  
Mox aderat summus populi, tunc ipse magister,  
Stipatus forti milite Lysimachus.  
Captiuosq; iubet confessim in vincula duci,  
Redditæ Pasimunde est Iphigenia suo.  
Iphigenia viro Cyprio mœstissimus ignis,  
Cui reliquum(præter oscula pauca) nihil.  
Occurrunt sponsæ, mites denso agmine matres,  
Nec capiunt Rhodias atria tota nirus,  
Solantes blande tanto de turbine tristem,  
Atq; fatigata m fluctibus in medijs.  
Iugiter & q;uis Pasimundas instet & optet,  
Vt capti intereant, per gladiumq; cadant.  
His tamen admissum est sub carcere viuere vitam,  
Iam dudum captos se, q; abire dabant.  
Interea dum sic cunctis in vincla diebus  
Essent addicti, tristiciæq; loco,  
Ipsa afflictorum rursus fortuna miserta est,  
Inuenitq; modum, est quo reparata salus.  
Namq; minor natu Pasimundæ nomine dictus,  
Hormidas fuerat frater at egregius,  
Enixe hujc curat Cassandram iungere certo  
Connubio, specimen, virgineumq; decus.  
Instruere, vt deceat possit genialia festa  
Pasimundas pompam, magnificeq; paret.  
Attamen impensis leuis si festa duorum,  
Concelebret pariter certo, eodemq; die.  
Hoc qui Lysimachus Cassandrae captus amore  
Accipit indignans, & tulit ægro animo.  
Attamen vt prudens premit alto corde dolorem,  
Sed quod opus facta est, nocte dieq; putat.

# BEBELIANA.

Quo possit turbare iugalia festa puellæ,  
Quam se plus animo semper amore colat.  
Tandem cum fuerit, tunc summus in vrbe magister,  
Vi pariterq; potens, hanc rapere instituit.  
Contra, sed miserum titulus reuocauit honoris  
A tali incepto, sceptrigeræq; manus.  
Nam tanto scelus est cumulatius, & mage turpe,  
Quanto delinquens dignior esse solet.  
Sic consultantis tandem igni cessit honestas  
Atq; voluptati succubuit ratio.  
Cumq; magis visus nemo virtute, vel armis  
Præstans Cymoni, Cyprigenisq; viris,  
Hos adhibere cupit, fidos sua cum geritur res.  
Libertasq; nihil qua mage dulce fuit,  
In secretum igitur Cymonem adducere curat.  
Carcere deducto talia verba refert.  
Cymon in aduersis, qui magna pericula fortis  
Pertuleris, pauca hæc auribus accipias.  
Grandia mortali, vel maxima munera donans.  
Immortale genus, cœlicolumq; chorus,  
Contulit haud vñ̄ in tectis, plumbisq; paternis.  
Dum modo securum viuere fata sinunt.  
Virtus per salebras, & monta pericula scandit,  
Hic vbi sit sudor, perpetuusq; labor.  
Quiq; agitatus in aduersis extollere vires  
Nititur, infracto quiq; animo fuerit.  
Hunc manet a diuis honor, laus, gloria, merces,  
Aeternumq; decus, sideribusq; Polus.  
Quod si pristina vis tibi sit, si viuida virtus,  
Quæ pridem fuerat, experiere licet.  
Et vinces tandem, quia Nortia diua timentes  
Deprimit, at fortis tollit, & extimuit.

Rr. iiiij

# CARMINA

**A**d quæ Cymon ait, si sit spes vlla salutis  
Perge docere, meum sit tibi seruitium.  
**C**arceris, ille inquit, Pasmundas anxius auctor,  
Inq̄ necem vestram, nocte dieq̄ vigil.  
(**Q**uis dolor heu misero; vero si tangeris igne)  
Foedera concelebrat, legitimamq; facem.  
**H**aud secūs Hormis das Cassandram ducere frater  
Destinat, heu flāmīnam, deliciasq; meas.  
**A**tq; a fortuna reliquum (nisi conscientia virtus)  
Nil restat miseris, nec medicina subest.  
**E**rgo age, vel strictis gladijs rapiamus amatas,  
Sic tibi libertas, charaq; virgo datur.  
**N**amq; ego non tantæ patiar dispendia flammæ,  
Aut moriar, sine qua viuere dulce nihil.  
**C**ymon (cui nihil hac vna re optatiūs esset  
Omnibus ex votis) ore disertus ait.  
**T**e vel ad immittē Scyllam, vel regna Getarum,  
Adq; nigras ditis te comitabor aquas,  
**S**i modo qd narras facinus fortuna sequatur,  
Quo res cunq; cadat præsto futurus ego..  
Sit tuus iste labor, nunc qua ratione quod instat  
Conficer possit, iussa sed ipse sequar.  
**I**ntrepidusq; adsum, nec me vis vlla volentem  
Auertet, dum artus spiritus hosce regat.  
**L**ysimachus contra, lux quando perendina venit,  
Sed cum mox Phœbus mergitur oceano.  
**T**ecta maritorum nuptæ, ardentissimus ignis  
Amborum, intrabunt, noxq; iugalis erit.  
**A**rmati obtemus fida stipante caterua,  
Tunc opus est raptu, m artigenaq; manu.  
**I**nq; ratem, propere raptum ducemus amorem  
Nuper ad hoc factam, mox fugere inde leues.

# BEBELIANA.

Quod si quid cupidis obstet, mittamus ad orcum,  
Comprobat hoc Cymon, atq; paratus adest.  
Iamq; dies aderat, iam coniugialia festa,  
Regalisq; nitent atria tota dape.  
Iam matronarum conuentu turba frequentat  
Nobilibus pompis, tedi feramq; domum.  
Ecce volant celeres hinc inde, agilesq; ministri,  
Qui mensas onerant nectare cunq; epulis,  
Interea gladijs tectis instructus vterq;  
Cum socijs Cymon, Lysimachusq; suis.  
Agmine diuiso quosdam custodia portus  
Accipit, & quosdam, vestibulumq; domus.  
Lysimachosq; comes Cymon cum milite forti  
Sponsorum intrepidi tecta subire solent.  
Mox quoq; per scalas intrant coenacula, mensis  
Iauersis rapiunt, iam sibi quisq; suam.  
Omnia lamentis per quae complebat amaris  
Turba puellarum, foemineumq; genus.  
Inq; repentinis conuiuia lata tumultus  
Versa, simul cunctos clamor ad arma vocat;  
Raptore strictis gladijs exire volentes  
Pasmundam in scalis obuium habere vident.  
Armatum enormi baculo, dum tantus ad aures  
Venisset clamor terribili fremitu.  
Quem valido Cymon fortis Mucrone trucidat,  
Exanimumq; caput corruit ante pedes.  
Hic idem Hormisdam, fraternaq; fata volentem  
Vlcisci, interimit, pessimus hostis amor.  
Longa referre mora est, media de plebe facentes  
Effususq; crux atria tota replet.  
Ergo ambo celeres properant contingere portum,  
Per mediosq; hostes agmina quatq; secant.

# CARMINA

Nauibus ascensis, spolioq; onerata petito,  
Carbasa soluentes, hinc properare student,  
Dumq; bonis autibus cretea ad littora ventum est,  
Exceptiq; suis comiter ambo forent.  
Solennem celebrant genium, & sponsalia festa,  
Læticiæ intenti, blandiduliscq; sociis.  
Sæpius hinc turbæ exortæ, varijsq; tumultus,  
Et Rhodios inter, Cyprigenasq; viros.  
Exilio tandem exacto concordia facta est,  
Et patriam repetit coniuge quisq; sua.  
Atq; ibi folices multis vixere diebus  
Concordi voto, coniugijq; bonis.

F I N I S.

HENRICI BEBELII IVSTINGENSIS POE-  
tæ Laureati Carmē in pestem pro Agneta Retha  
berin virgine pulcherrima Tübingeri.

Impia, crudelis, furibunda, immanis, iniqua  
Pestis, dic tutum quid te apud esse potest?  
Si tam vernantes properas decerpere flores  
Flores tam teneros, tam vel odoriferos.  
Te detestetur, quis non: quod seu pauculas,  
Tam male matura surripis ipsa nece.  
Demetit, vt Boreas cum deflorescere campi  
Lilia coeperunt, florigerumq; decus;  
Sic licuit senium, & vetulas rescindere frondes  
Virgineos flores, nec licuisse potest.  
Pone tibi licuit, sed quod discriminé nullo  
In ijsca ah auidas, omnibus ipsa manus.  
Hinctibi concedunt cuncti feritate latrones,  
Præsertim Agnetem, si rapuisse potes,

# EBELIANA.

Agnetem cunctis, quæ sit prælata puellis,

Moribus, & cantu corporeisq; bonis.

Quid meruere precor, tam mēbra decentia, per quod  
Tam cito tartareos, cogis adire lacus?

Quid meruere decens os, & rubicunda labella,

Candida vel facies, purpureæq; genæ,

Flauaq; cæsaries, nec non teretesq; papillæ,

Collaç; bistonia candidiora niue;

Corpore parua quidē, sed qua formosior haud est.

Versat vbi gelidas Neccharus amnis aquas,

Quod nisi te tigris genuisset Caspia pestem.

Scylla ve crudelis, dira carybdis item,

Sternere cauisses, hoc tam nobile germen

Sanguine tam raro, vel maculare manus.

Quod si nec te ætas, nec corpus amabile tangit,

Duceris, & formæ nobilitate nihil,

Flectere vel saltēm potuit vox clara puellæ,

Qua nemoris cunctas extuperauit aues.

Cedat huic Cygnus, cedat Philomela suavis,

Syrenum cantus cedere iure putem.

Illa puellarum voces raucescere fœcit,

Dum gyrum faciunt, & chorus ipse canit.

Ferreæ mors est, ausa nephias cōmittere tantum.

Ferreus est, & quem non mouet iste dolor.

Attamen hanc superum iussu rapuisse putare

Angelicos inter cantet, vt ipsa cohors.

## Epitaphium eiusdem:

Hic ego quæ faceo teneris direpta sub annis

Virgo, & adhuc nullo contemerata viro.

Vnica cura patris, miserae spes vnica matris,

Mille procis placui criminis absq; nota.

# CARMINA

Antiope fueram specie, Philomela sonora  
Voce, tamen cuncta hæc sustulit hora brevis.  
Quod si flebilibus posset mea vita reuerti  
Votis, & precibus matris, & heu iuuenum,  
Non dubito multos reperi, & mille precantes,  
Sed flecti precibus fata seuera negant.  
At tu qui transis nostrum quandoq; sepulchrum,  
Dic mihi sit requies, sit leuis vrna precor.  
Et vos o iuuenes quosquos sine crimine amauis,  
Inferias nobis soluite virginea*s*,  
Spargite humum violis, ornate & floribus agri,  
Cumq; rosis tumbam lilia pulchra tegant.  
Nouerit hic florem, teneramq; iacere puellam.  
Si quem castus amor, sicq; puella premit.

Henrici Bebelij Poetæ Laureati pro virtu  
gine iusta soluentis, Epigrāma.

Has tibi persolui virgo pulcherrimā laudes  
Bebelius cupiens reddere posse vicem.  
Quæ solita es toties cunctas de pectore curas  
Pellere defessi, tristiciasq; grauis.  
Sua uilo quoq; melo resonanti & carmine, per quæ  
Consuesti cunctos exhilarare viros.

Ex fonte Blaui. Die Gorgonij  
M. D. II.

**LIBER TERTIVS. ET NOVVS  
FACETIARVM BEBE-  
LIANARVM.**

*Noli nisi antiquos  
enim obserfatz.*

Prognostica (quas vulgo practicas vocant)  
quæ durant usq; in finem mundi.

Carmina adolescentiæ Bebelianæ, nō nihil  
etiam aliqua ad facetias facientia.

Carmē elegiacum de miseria humanæ con-  
ditionis.

Carmen Satyricum contra liuorem, & des-  
tractores.

Carmen contra simoniacos.

Carmen de Baccho.

Carmen de Philomelæ cantū, & laudibus.

Carmen de conquerimonia puellarum cons-  
tra Luciferum.

Varia alia de rebus lātis, & iucundis,

Viro nobili,& equiti aurato eminētissimoq; iurisconsul  
to Vito de Furst Augustissimi Cæsaris Maximiliani  
ad Iulium secundū pontificem maximū, aliosq;  
reges christianos oratori, eiusdēc; inuictissi  
mi Cæsaris vicario,& gubernatori Muti  
næ, Henricus Bebelius Iustingensis  
Sueuus Salutem dicit.

Vm ad te scribo facetias meas Sueicas , Vite  
d vnicum familiæ tuæ,nobilitatis,literatorq; ,nobis  
līumq; Sueuorq; decus,& ornamentum, possum  
ab imperitis intēpestiuitatis(ne dicā temeritatis) accusa  
ri,dum te virū in arduissimis Christianæ reip . causis &  
negocijs occupatū, obtundam illis meris nugis,& fabu  
lis.Ego vero cum exploratū habeā multos annos te esse  
continuo versatū in legatōe Cæsaris ad Pontificē maxi  
mū,cæterosq; Principes & Reges christianos, & ita ver  
satum, vt cū summa honestate & gloria, functus sis offi  
cio tuo,vt vtricq; christianorq; principi, cæterisq; christia  
nis principibus sis acceptus, atq; charissimus.Explora  
tumq; habeā te indies nūc, & singulas fere horas decos  
qui,& occupari moderatiōe, & regimē Mutinēsis reip.  
taceo cetera negotia Cæsaris.ea de re motus, dicaui tibi  
has fabulas Sueicas, vt multorq; dierum, & horarū la  
bores,curas,molestias,hac vna vnius hore voluptate,ri  
diculisq; sedare valeas.Animus nanq; hominis laborio  
sus,lepidioris iocí delectatiōe remitti solet, atq; salibus  
tanquā quodā pabulo refocillari . Tali vero consilio id  
sum aggressus.Cum em̄ plures viri prudentia,eruditōe,  
morumq; probitate insignes, me ad scribendas facetias  
sint cohortati,legerimq; summos viros tā gr̄cos,q; lati  
nos,iocis & salibus delectari consuetos, vt supra epistō

Ia ad Petru Iacobi Arlunensem sum testatus, illorum ex exemplo  
ductus, illas meas tibi imprimitur, & potissimum dedicauimus, quod  
sciam te non solum iuris & eloquentiae, verum etiam omnium hos  
nestarum artium consultissimum, omnibusque humanitatis culto  
rem. Aitatus etiam ad hoc singulariter consilio, & incitamento  
to Ernesti fratris tui germanni omnium charissimi, misericordie mul-  
tos annos obseruati familiarissime, qui ut tu in toga, &  
pace, ita ipse foris, & armis militaribus omnes suos aequales,  
& confortes praeceperat longissime, ut periculum faciendo  
iam saepius declarauit. Tu igitur Vite virorum optime, ac  
civitas hilare, hilares Suevi tui urbanitates, & gentilibus  
iocos suum tempus, hoc est, cœnam tuam exhilarato. cumque  
nihil agere velis, lege, vel potius ride has ineptias. tibi  
enim soli, tuique similibus, hoc est, viris doctissimis, atque hu-  
manissimis illas scripsi, non illis qui plus probe loquuntur  
que viuunt, plusque videri, que esse boni discipiunt. Quid  
enim de me sentiat tristes isti, & superciliosi Catones, pals-  
liotenus tantum sapientes & boni, manum non verterent. Ta-  
les enim plerumque sunt, qui probitate, & castitate in verbis  
fingentes, intus sunt lupi rapaces, atque incontinentissimi  
ganeones. In quibus hominibus hoc tam videri licet, ut  
cum in me, aliisque lusus, talesque fabellas damnent, ipsos  
cum hominibus coniuatur, oem ingenij vim intendere,  
ut faceti videantur, atque ut aliquid in medietate afferant, quo  
risum a coniunctis captent. O quam mali iudices & iniqui,  
quisquod in me culpatur, in se honestatem, bonumque, & hilaris  
coniunctae officium predicat. Sunt autem alii, qui incomptum, &  
vulgare dicendi genus in his facetijs reprehendunt. quis  
bus ego respondeo. fastidiosum esse in primis dure, diffis-  
culterque scribere lusus, & iocos, cum omnia ibi hilaritati.  
& urbanitati, non serio, aut difficultati seruire debeant, aut  
quis cum delectatione, & iocunditate legat, quem non facile

Ss ij

Intelligat: aut quis tales res cum magno labore inuestiget: Sed rogo tales ut & ipsi componat simile aliqd, & tunc videbunt, q̄ elingues & muti sint. Facile enim oēs possumus in alijs videre quid sit ineptū, quid absurdū, facile possumus trutinare quid aspere, quid leniter fluat quid rustice, quid latine dicatur, sed dum ipsi nos cogimur sumere calamū, tum demū expīmūr, q̄ difficile sit boni scriptoris partes implere. tunc labor⁹ nostror⁹ petimus cōmiserationē, tunc errorū venia cōpreamur. Verum nemo alteri paucos errores condonat, cū sibi innūmeros laboř⁹ magnitudine existimat non esse cōputandos, quadā naturę malignitate tam indulgentes nobis, alijs tam seueri iudices, quod contra fieri debuit, vt pulcre tradit̄ Plinius Cecilius in epistola ad Geminium suum. Vos postremo scioli, qui cum nihil sciatis, omnia vultis iudicare, & omnibus scriptis sine ingenio, sine eruditioē detrahere. Vos inquā appello, scribite latinus, & elegātius dicteria & iocos, & ego libere vobis concedā. Sed credite non mediocre esse artificium, nec fieri posse sine singulari eruditioē, vt iocos teutonicos in latinum conuertatis cum venustate & gratia, seruatoq̄ facetiar⁹ decoro, sicut econtrario, doctissimis etiā viris magnum negocium exhibet translatio de græco, vel latino in lingua nostram vernaculā, aut cuiuscunq̄ linguæ in extra neā conuersio cū decoro venuste, & eleganter. Sed quid mihi cū illis Tibi Vite virorū doctissime, atq̄ eminētissime has ineptias gentiles dedicauī, in quibus inuenies tanq̄ quandā meis tempib⁹ rerū gestarum historiā, nisi q̄ cōsulto multor⁹ pepercī noībus, quas suo tēpore legas. meq̄ tibi cōmendatū habeto. Valete ex Tubinga. IIII. Kal. Mart. Anno dñi M. D. XII. Annovero Imperij Maximiliani Cæsaris, xxvi.

## FACETIARVM.

Ad lectorem Henricus Bebelius.

**I**d moderamē habui hactenus in facetijs cādide lector  
vt abstinerim ab his iocis, q̄ nimiū lasciuē spurceq; di-  
ci viderent. In hoc libello paulo iucūdiora interdū inses-  
rui, & quæ imperitis videbunt̄ quandā præ se ferre lasci-  
uiā, sed nihil etiā nunc acceptraui, qđ nō a grauībus viris  
in cōuiuīs recitari audiuī, & maiori ex parte apud ma-  
tronas, q̄ res me mouit, vt & nostris confabulationibus  
adiungerē. Velis ergo hanc mihi dare veniā, quā sum p̄si  
ex auctoritate grauissimor̄ hominū. A spurciis em̄ scri-  
ptis semp calamū meum retraxi, quod magis etiā factu-  
rus sum scriptis posterioribus. Vale amice.

De quodam in tempestate deprehensō.

Cum quidam in lacu Potamio, seu Alemanno tempe-  
maxime tempestatis deprehensi essent oīib⁹ alijs tres  
pidantibus, quibusdamq; confitentibus sibi inuicem,  
vnus eorū cepit audiſſime comedere caseum, & panem  
Alijs eum castigantibus, atq; quo in periculo essent ad-  
monentibus, dixit. Non me latet quid rerū geratur, sed  
quoniam ieiunus bibere non possum, nunc comedo q̄  
sim hodie plus bibiturus, q̄ vñquā fecerim in vita mea.

De quodā in adulterio dephensō vera Historia.

Quidam Tubingensis cum ad vxorem alterius clam  
noctu accessisset, venit & sacerdos ad eandē paulopost.  
quem ille fugiens ad superiorē partem domus in colum-  
bare se occultauit. Sed cum nō longo tempore venisset  
maritus illius mulieris, sacerdos in fornacem confugit.  
Cunq; maritus nihil tale suspicatus, cū suspirio dixisset  
tres se aureos ludo amisisse, quis tibi reddet, inq; vxor.  
cui maritus. Superior, vel qui superius est. intelligens  
deum. Cui Tubingensis e Columbari proſiliens dixit.  
Sacerdos in fornace det mediā partem, & ego reliquam

Ss iii

## LIBER TERTIVS

dabo credens in se maritum fuisse locutum, & res ita inter eos conuenit, illesiq; abierunt.

De quodā Lohardo fideiussionē morituro p̄stante:  
Ioannes Apius mihi notus, cū in peste iam in mortis fere agone laboraret, affuit ei qdā frater Lohardus sylvestris, qui cū ægrotū admoneret vtī viriliter pugnaret contra insidias diaboli, bonusq; christianus in finē vscq; perseveraret, Respōdis Apius. Nemini dubiū esse quin legitime certare vellet, vt christianū decet, secq; mori patratiſſimū. Cui frater. Quoniā te honestū, & fortē in vita fuisse ab oībus p̄dicari audio, & nunc paratū voluntati diuinę obsequi, pmitto tibi, & fideiussor esse volo, te cōfestim post mortē ad cœlos ascensurū. Moritur Apius. frater quarto post die eodē morbo correptus, diu noctu clamauit. O Apī tu viſ me ad vos afferre, vt tibi testimoniū præbeam. O miserandā fideiussionē, quam deus vellet nunq; fuisse factam, atq; istam suā fideiussionem ad finem vscq; vitæ semp̄ vociferando, & vulando dete status est. Obiit autē sexto die post illum.

Ex fauore beneficia conferuntur.

Sū prius nō iniuria cōquestus officia, & bñficia ecclīaſtīca maiori ex parte īdoctissimis obuenire, & obtineri gratijs apostolicis, nō sine scandalo publico, periculoq; animar̄ non mediocri. Nūc possum iustissime lamētari idē fieri apud nostros prīncipes, apud q̄s plus cōferunt bñficia fauore, q̄ meritis, plus suffragijs īdoctoř amicorum, q̄ morū eruditioñisq; p̄sitatione, adeo vt nulla fere habeat hodie ratio doctrinæ, & eruditioñis. Quod ideo nūc dico. Fuit nuper īterrogatus vir eruditus, qua ratione id fieret, vt tot īndies asini beneficijs puiderentur, & ipse nullū consequi posset. Respondit īdoctos īuenire posse sui similes prīncipes, & alios patronos,

# FACE TIARVM;

vnde ā amor mutuus nasceretur, se autē sui similes nullos tales, se que velle dediscere incipere, an fauore (quo omnia geruntur) consequi aliquando posset.

De sacerdote Schellēberger Munderchingæ.

Ille sacerdos de quo superius etiā scripsi denunciauit quibusdā sanctimonialibus siue beguttis meli<sup>o</sup>, earum sacerdotē qui erat in thermis feriniis grauiter ægrotare, adeo ut medici de eius salute desperassent. Accīn xerūt se itineri quædā ex eis primariæ ad eum visitandū, atq; consolandū, sed cum venissent ad locū inuenerunt eum incolumē, & sanum, vnde exacerbatae sacerdotē menda cīj arguerunt, seq̄ dolorum & anxietatū quibus essent, non mediocriter conflictatæ memores futuras, quibus ille cachinno effuso respondit. O bonæ sororculæ debet batis scire nullā hīc verbis meis fidem adhiberi.

De molitore.

Ioannes Boschius facetdos Stadianus cum molitos rem mendicantem suis subditis commendaret, pro impietia ei misericordia dixit. O christi fideles qđ iste molitor probus sit, habetis optimū argumentū q̄ mens dicet, alioqui furto, & solitis molitor̄ artibus se nutriſſet, proinde sit vobis commendatus imprimitis.

De confessione monialis.

Monialis confitendo sacerdoti, dixit inter cetera cuiusculo alieno se aliquando contexisse, Cui sacerdos. Hoc nihil nocet, sed quid latuit sub illo? Respondit illa, Mos nachus. Cui sacerdos, caue posthac, inquit, ab istis vestibus, ne polluaris. omniū enim scelerū fordes hoc paruo regmine abscondūtur. Ad hæc monialis, Ethyops non denigrat æthyopem. Illi sacerdos succensus, maneas ergo meretrīx ut ante. Cui iterum Monialis, sed tu noli primum in me projcere lapidem.

110

Ss iij

## LIBER TERTIVS

### De confessione trium Monialium:

¶  
Tres moniales confitebantur cuidā sacerdoti. Prima dixit alienū se in vaginā suam cultellū imposuisse. qd sacerdos non intellexit, nec etiā pensit aut. ob huiusmodi quarundā muliercularū superstitiones, quae res minimas pro peccato habet. Altera dixit duos se cultellos imposuisse suæ vaginæ. qd iterū neglexit. Tertia vero tres confessa est. Cui sacerdos Quid hoc nocet? Dixit illa, trium virorum se congressu usam, qd cum sacerdos iam primū intelligeret, priores duas, quas inscius absoluerauit, celeriter inequitur, atq; acclamans dixit. Audite meretrices pessimæ, non estis absolutæ. male enim narrastis, quoniam penis, & cultellus non sunt idem.

### De sacerdote Ioripede.

Sacerdotē quendam Ioripedē senaculū oppidi Cantharopolis intrantē, alius sacerdos salutauit. His verbis Saluete (vt mos est loquendi nostris) iunior dñe. Cum autem incessisset is claudicans, vt solebat semper, erupit quidā præfectus pagi totus cachinno. Bene video, ingt, illum iuniorē esse vel potius infantē, cum iam primū incessum discat. Cui sacerdos festiuiter. Sapientē te putas sem ob caniciem, nisi sermo te prodidisset stultū & dicaculum. Non dissimiliter Ioannes bittel sacerdos Riedlingensis in mulierem claudicatē nuper me præsente cauillatus est. Si mihi inquit, essent centum filij, nullum eorum incedere docerem quemadmodū illa mulier incedit. Præterea nostri in claudos ita iocari solent. Illi non est hic patria, quia non ambulat more hic consueto. Similiter in strabones. Hic est alienigena, non videt enim vt homines hic solent. Est autē nostris nunc creberrime in proverbio, vt dicant alium contēnentes. Ille est clausus fator, vel dum aliquis credit se contemni, dicit pū

# FACETIARVM.

tas ne me claudum sartorem; De quo olim carmen scripsit, quod ibi inferendum putauit cæteris iocis.

Ad Ioannē Streler Vlmēsem iuris consultū,  
Sat fuerat nimium o doctor celeberrime, Vatem.

Largiter & dapibus, & saturasse mero,  
Ac vidisse satis tam multa poemata Vatum,

Tot sophiæ tecum, conspicuoscet libros,  
Insuper ostendis de quo prouerbia tractant.

Sartorem claudum, quemque videre iuuat.  
Non ego sum dixi, si me contempleris vsquam

Non claudus sartor, decipere atque velis,  
Si faciam, iuro, sim cunctis iure vocandus,

O sartor claudus, si voluisse nego.  
Denique cum risu passim, pueri, atque puellæ

Sartorem claudum, nominitantque senes.  
In linguis hominum tamen hoc cur venerit inde

Accipio, si non auguror ipse male  
Ingenio tardo est, pedibus potius vel iniquis,

Et gressum nescit legitimum in senio.  
Hincque mouetur & hinc, hominū nec more sueto,

Gressibus obliquis, itaque, reditque vias.  
Doctor est multo seruus doctoris Othonis.

Qui iuuenis nondum lustra quaterna videt,  
Immoto pede stans, præ cunctis visus acutus,

Atque cubile videt Solis utrumque simul.  
At neuter reor est nostris nutritus in oris.

Non vadit nostro hic more, nec ille videt.  
De superbo adolescentे.

Quidam adolescens gloriæ cupidus conuenit cum seruo, vt de quaenamque re apud amicam loqueretur, semper ipse seruus rem exaggeraret, & cum esset cum pueris, diceretque de censibus suis, semper seruus triplicauit.

Ss v.

## LIBER TERTIUS

tum vero alio tempore iterum conuenirent amicam, & ipsa diceret, Videris mihi o amatissime paululum infirmus. Hoc color non integer, atque insolitus prodit. Dixit ille se pallidulum, parumque infirmum. Ad hoc seruus, merito es pallidissimus, quotidiana enim & incurabilis valetudine laboras. Hoc dominus ægre tulit, seruumque remotis arbitris acerbissime castigauit, quod ea apud amicam de eo diceret, illi seruus dixit. ita enim fieri debere existimauit, ut quicquid tu dices, ego augerem.

De quodā fulmine territo.

Quidam in dolio balnei sedens, cum tonitrua maxime tonarent, dixit, O vos fulmina quid tumultus incipitis. Ite mihi in culū, quod cum vix edixisset, venit fulmen prope eū sine lesione, quo fere consternatus, quod male habeas (inquit) deus, non scis iocum intelligere, ego enim ioco non serio dixi.

De rustico in Derēdinga deo necē imprecante.

Cum grandine magna ex parte vuæ perijissent, dixit quidam in corona rusticorum, sagarū id esse maleficū, ad quod oēs vno ore. O pereat morte pessima, natu autem inter eos maximus, dixit. opus potius esse dei. Ad quod alius pro siliens e medio pereat & ipse inquit, atque interficiatur.

De quodā sacerdote carnifice.

Quidam carnifex Francus venit in Boemiam ibique inter haereticos factus est sacerdos. Interrogatus vero alis quando ab eo cui notus erat, quo modo id fieret, ut extat sordido, & turpi opificio esset nunc sacerdotio iniciatus? Respondit, Qualis populus, talis sacerdos,

De ebrio.

Quidam homo facetus cum diversis vini genibus se ingurgitasset, ita ut diutius continere non posset, dixit astatis suis sodalibus ad vina bibita, In te inter vos concordia, atque

## FACETIARVM.

vnionē(vt ita loquar) aut ego vos e feneſtra p̄cipitabo.  
De rustici, & lupo.

Rustici lupum viuum ceperunt, & quia infestissimi  
ſunt illis, adeo vt vel in mortuos ſeuiant, deliberauerūt,  
de exquisitiſſimo ſupplicij genere, proſiliit vnuſ in me-  
dium, cui duæ erant vxores, illi q̄ duas uxores dandas  
ſuasit, quod iureſurando nullam maius ſupplicium ſci-  
ret, nec crederet etiam poſſe excogitari.

Fabula Brassicanī,

Calceolarius quidā cum vxore ſuam fortaffe adulter-  
ram olfeciffet, nundinas ſe petiturū ſimulans, om̄is cal-  
ceos, & perones in fasciculū (vt ſolent) colligauit. Qui  
cum abijfet, non procul a pago pone facellū quoddam  
fascem abiecit a tergo, atq̄ diſſoluit, calceosq; in facellū  
tuto reponens, in pannū quo calceos detulerat ſaxa in-  
uoluit, & clam domū ſuā ſubintrauit. interea vxor ma-  
ritū abeffe existi mans, ſacerdotē vocat ad ſe, ne ſola do-  
mi pauida diuersareſ. Cum vero iſ paululū cunctatus  
ædes intrasset, ac primū gradum ſcalarū vno pede con-  
ſcendiffet, Mulier in supremo gradu obuia, eū cur tam  
ſeruſ veniret increpuit. Respondit ſacerdos, Hordea ſe  
in agro ſeminasse. Cui illa, vbertatē deprecans ait, ſubs  
latis vſtibus vmblico tenus. Faxit deus, nō rariora vo-  
bis hordea in agro ſuccreſcant, q̄ ſint pilī rimulæ meæ  
quā vides. At ille in imis ſcalis nudato, & quidē longo  
pene respondit, nec minores ſpicas faciat ſuccreſcere,  
quā ſit hæc mea quā vides claua, q̄ cum hæc vir ſub teſ-  
gulis latitans audiffet, ſaxa in eos præcipitans, non mi-  
nore grandine inquit hunc hordeorū agrum q̄ ſint hæc  
mea ſaxa deus depopuletur, & deuafet.

De confeſſione cuiuſdam.

Cofeffus eſt nup quidā ſimplex homo. Ego domereū

## LIBER TERTIUS

In oībus peccatis , q̄ peccauit a nativitate Christi vñq̄ in hāc diē. Cui sacerdos. Habes ne tot annos o fili⁹. Ad hoc cūstic⁹. etiā, cūm & frater sit mihi trib⁹ annis senior.

De medico. Georgius abbas Zuifuldensis.

Medicus venit ad quendā p̄incipem, seç om̄is medicinæ artificem esse egregiū pollicetur . Cui princeps iōcatus. Non recipio aliquē nīsi xxx , hoīes prius occides rit. Ad hoc medicus, non longe abest. Nam xxix. bene nunc cōtumulari. Cui princeps, nō es ergo mihi idoneus medicus, t̄imeo enim me xxx. futurum.

De moniali.

Monialis cū diurnalia (vt vocat) peccata, aqua benes dicta deleat & ipsa t̄m die cū viris peccasset, semel aqua se aspergens dixit, dele peccata mea, & summotis vestibus aspersit occultiores partes dicēs summa cum vehes mētia, hīc hīc dele, nam hæ peccarūt maxime.

De confessione cuiusdam nobilis.

Nobilis quidā volens cōfiteri versauit in manu aureū nūmum, quo sacerdotē donare voluit, hoc cum vīdisset vñus sacerdotū auidus pecuniæ, accessit hoīem, atq̄ an confiteri velit interrogat, annuit ille. quē cum sacerdos post confessionē interrogaret, an peniteret eū peccator⁹, velletq̄ abstīnere in posterū a peccatis quantū humana fragilitas concederet, vt fit, recusauit nobilis obstinate, atq̄ ita sine absolutōe dimissus. Venit āt alter sacerdos quē non minor auri sitis p̄ssit, & nobilis cōfessionē audiuit, sed cū nec penitentē, nec in futur⁹ abstīnere volentē cōperisset, nihilominus tñ vt aureū acquireret, hoīem absoluit in ea forma. Dominus noster Iesus Christus te absoluat, si vult, & dimittat tibi peccata tua, qđ ego nō credo, & p̄ducat te ad vitam æternā, quod est impossib⁹ le, atq̄ ita a nobili latinitatis ignaro aureū extorsit.

# FACETIARVM.

## De Veneto equite.

Venetus insuetus, ac nescius equitare, cum cōmodas-  
tum equum calcaribus vrgeret, equus cepit recalcatare,  
exiliēdo, vnde ille perterritus dixit. O sancte deus Tem-  
pestas est nō tam in mari, & terra. credidit eī fluctibus,  
& procellis equū agitari non secus, ac naues in mari.

## De duobus fatuis.

Erant prope Zuifuldam monasteriū duo fratres ges-  
mani parū prudentes, qui semel confitentes, cum vnuſ  
eorū absolutus esset a sacerdote, nec interrogatus an sci-  
re orare, cum alter confiteretur, quesivit sacerdos. Scis  
orationē dñicam. Illo nesciēte, inq̄ sacerdos. Prohibeo  
tibi sacram cōmunionē, quoniā nescis orare. Ad qđ ille  
Tamē frater me⁹ a te absolutus etiā nescit. Quare sacer-  
dos mot⁹ dixit ad alterū fratrē, prohibeo & tibi corpus  
dñicum. vnde ille indignabūdus exiuit delubrū, atq; oī-  
bus hoībus cōquestus est, q̄ frater suus īpius noīe Ale-  
xius, eū quo mīnus corpus dñicum sumpliſſet, īpediuſ-  
ſet, dicens. Si tñ expectasset donec sumpliſſem, ex hoc  
eī credebat se fœlicē fuisse, si vel indigne sumpliſſet.

## De Osoribus eloquētię, & illorū faceta elusio.

Erā nuper in cōuiuio paganorū sacerdotū non procul  
ab alpibus patrijs, vbi vnuſ eorū oīa sibi arrogans me ei-  
gnotū honorifice salutauit. atq; vt eius verbis barbaris,  
qm̄ elegantibus non studiſſet, parcerē rogauit. Ego ap-  
paratū istum vt missum faceret, efflagitauī. tandem ille hi-  
ilarior factus ob Bacchī virtutē, qui paulū ei iam mētem  
& rationē sepeliuerat, vt disputando suā eruditioem os-  
tentaret, reuerētia est oblītus, quā exhibere solent igno-  
tis prudētes, atq; in hæc mox verba prupit. Dñe Poeta,  
amplissima nūc est fama tua per Germaniā. sed ego nō  
possum p̄bare studiū tuū, q̄ plus discis bene loqui, &

## LIBER TERTIVS

dicere & viuere bene. Ad quod ego subrides, sicut pudore perfusus, non puto, dixi, me negligere ea quae ad bene beas et quae viuendum pertinent. Hic ille mihi. Sed relinque nunc eloquentiam saecularem, & simplicitatem sermonis apostolorum capesse. Huic ego. Sermo splendidus, & ornatus non facit me peiorem, nec barbarus meliorem, testis est mihi Augustinus omni christianoꝝ doctissimum in pluribus locis, sed audi bone sacerdos. Argute & diserte loqui, sed male viuere mors est. Imperite vero, & barbare loqui sub specie religionis, atque etiam male viuere, ut plurimi solent, plus est quam mors dicenda, & pessima mortium. Eorum enim vita, omni perniciösissima est reipublicae christianae, qui verbis simplices sunt & casti, factis autem reprobati, incesti, ac Sardanapali. Sed quod apostolorum more locutioem tuam defendis, non accipio hanc in te excusationem. Si enim illorum sermonem imitari vis, imitare & illorum virtutes, vitae quam sanctimoniam. Ceterum ridiculum est, ut delicate, & luxuriose viuens, de sola rusticitate, ac sermonis imperitia se faciat, quasi ideo sanctus sit, quia nihil scierit. Sed quomodo fit, dicebam, ut aliquando concludam, ut tu & tui similes perplurimi, tantopere infestemini eloquinetiam, & eloquentiae studiosos, & cum ipsis vultis habere orationem (quam non immerito collationem vulgo appellatis, quasi non vestro artificio, sed ex multis libris, & labore parum ornatae, sed crude compilatae) omnibus viribus ingenuis, totisque conatibus ad hoc aspiratis, ut habeamini eloquentes, ut eleganter & venuste persuasisse predicemini, ut quadret in vos eloquentissimi Cypriani martyris dictum, ut sitis in publico accusatores, in occulto rei, in vosmet ipsos censure pariter, & nocentes, damnatis intus, quod foris operamini. Sed bene est, eruditae loqui nescitis, cum nunquam didiceritis, vestra spe frustrati omnino.

# FACETIARVM.

## De doctore.

Cum Platino Rheni equitauit ad venationē causa ho-  
noris quidam doctor ab illo obseruatus, qui cum calca-  
ribus omnino careret, dixit princeps. Domine doctor vbi  
sunt calcaria tua; qui cum vidisset se carere. Credebam,  
inquit, o princeps, mihi famulum ea induisse.

## De insigni mendacio.

Faber clauicularius, quem superius fabrū mendacio-  
rum dixi, narrauit se semel tempore bellī, credens suos  
subsecuturos, equitando ad cuiusdam oppidi portas pe-  
netrasse. & cum ad portas venisset, cataractam turre de-  
missam, equū suum post ephippium discidisse, dimidias-  
tumq; reliquissē, atq; se media parte equi ad forum vsq;  
oppidi equitassee, atq; cedem non modicā peregisse. Sed  
cum retrocedere vellet, multitudine hostium obrutus,  
tum demū equum cecidisse, seq; captum fuisse.

## De alio mendacio.

Alter cū in sylva venationi indulgeret, vidit aprū syl-  
uestrē senio confectū, & cętū, ab alio iuniore duci, cau-  
da illius ore arrepta. quod cum vidisset, intēsa balista di-  
xit se iuniorē excaudasse (vt ita loquar) a corporeq; cau-  
dam penitus diuulsisse, vt ita cæco in ore māserit, quam  
ipse postea arripuerit, atq; cæcum plusquā viginti milia  
passuum usq; ad forum Stutgardianum duxerit.

## De ædituo fabula.

Erat æditius, cui nomen fuerat Omnis mundus, qui  
seruierat monialibus quibusdā. & cum semel prurigine  
carnis vexaretur, accepit arundinē, atq; illa per caminū  
horribili voce denunciauit instar sp̄iritus. O vos Monia-  
les audite verbum domini. Sorores autē exterritæ non  
respondebant quicquā ædituo. Postridiana nocte reue-  
niente, atq; idem dicente, procidebant in facies suas so-

## LIBER TERTIUS

rores, Angelū de cœlo esse ratæ. Resumptis tandem annis mis surrexerūt, atq; cantauerūt. O angele dei dīc nobis voluntatē domini. Hic ædītuus rursus ex arundine canauit, hæc est voluntas dñi, vt Omnis mundus inclinet vel supponat (vt ita loquar) vos. Auditis his fluctuabāt quid esset. Angelum em̄ ob id non credebant, q; eis ille non dīctaret, vt omnibus hoībus se p̄stituerēt, tandem matura deliberatione, concilioq; habito exposuerūt mentē angeli, ita q; ædītuus dīctus noīe Omnis mundus, earū concubitu fruerēt, an vspiam, vt augurabant, episcopus vel summus pontifex nascendus veniret. Conuocatoq; ædītuo, atq; in cōclauī seruato, accessit primū virgo maxima, quæ abbatissa dīcit, quæ cū voci obediens angelī, indulgentiā accepisset (vt ita loquar) exeundo cecidit. Lētata sum in his quæ dicta sunt mihi, Accessit post hac quæ secundū dignitatī gradū obtinebat, priorissa barbare dīcta, vt ordo conditionū requīrebat, q; exeūdo atq; percepta indulgentia, iucūda voce depromebat canticū hoc, Te deū laudamus. Tertia vero cantabat exiēs. Lætabitur iustus in dño. Quarta vero, Gaudeamus oēs Aeditiuus tandem consumptis, atq; fractis virib; dirupto conclauī exiuit, horribiliterq; vulnauit. Mihi autē nimis &c, quem cæteræ reuocando inclamauerūt, & quis nos indulgentiarum partícipes faciet?

Facetia reuerēdi dñi Georgij abbatis Zuifuldēsis. Sacerdos quidā rusticis suis supplices preces, & supplicationes circū agros frugiferos fieri solitas, nō tamē ab ecclesia institutas, dissimilat. Et cum grādo ingruisset illo anno, sacerdos anno postero dīxit, hoc iterū die supplicationes suo consilio nō habēdas, nec prius ideo gran dinē incubuisse, sed opus potius fuisse dei & naturæ discernens in hæc verba, vñr vuollen got vertruyuen, hoc est

# FACETIARVM.

Volumus fiduciā nostram, in deū ponere. Cui rusticus aliquis assurgens, nos nolumus, inquit, deo confidere, sed supplicatū ibimus. ibi ædītūs, parū edocitus. ad sedandum sacerdotem dixit. Mitte, vadit quomodo vadit, hoc est. si nas ire rem quocunq; ierit.

De vino adulterato.

Ioannes bittel coniuua meus Zuifulde, cū ei vīnū mihius pbum, & integrū apposuisset caupo Martinus, Dixit. Segrega mihi vīnū & aquā, & quodlibet seorsum appone, intelligēs vīnū aqua esse nimis adulteratū. Idem Caupone dicēte, vīnū esse Rhenense, bene dicis, inquit. Est em Rhenō lotū, natauitq; per Rhenū, volens nimis esse dilutum.

De eodem.

Quidā in diuersorio, a puellula aquā petiuit, vt vīnū cōmiseret, quo vis eius reprimeret. dixit puella ignara. Non est opus, pater hesterna nocte totā hydrā infudit.

De eodem.

Cū aliis Caupo noctū in cellā vinariā magnā aquam anhelās portaret, videbat qui cū eo diuersabat, atq; ignē esse tumultuarie denūciauit, quo hoīes ad illū sed andū excitaret. Cui hospes. Cur ita clamas? Credebā, inquit ille, ignē esse in cellario, cū te ita aqua oneres, illudq; crebro incursites.

De eodem.

Cis Smichū flumē patriæ meæ villa est referēs nomē illius amnis. Ibi erat quidā caupo suspectus etiā q; vīnū suū aquatū duceret. vnde quidā moti clam ei ignorantia in ænophorę, seu vasculū quo eis vīnū afferebat pīscicū los imposuerunt, atq; cum vitro vīnum infunderet inuenit caupo, & videt pīsciculos, atq; ad conuiuas conuersus. Fateor profecto ingenue nimiū aquæ infudi vasis vinarijs alioqui pīsces non fuissent innati.

De mirabili baptismo cuijisdā sacerdotis.

Tt

## LIBER TERTIVS

Sacerdos volēs baptisare puerū, inuenit inter cætera  
in libro, salta per tria, hoc est, id qd dicendū est inuenies  
post tertiu foliū, sacerdos non intelligēs, saltauit pēr bas  
ptisteriū, vt ea dictiōe vtar, sicut vulgus solet, Ad hoc ru  
stici, dñe. quid hīc facis? nos nunc vīdimus hacten⁹ ita  
baptisare. Bene est, dixit sacerdos, reliquiverba nō intel  
lexerūt. postea legens, immerge intus, credebat merdan  
dum in baptisteriū, atq; remotis arbitris merdauit in il  
lud. qd rusticus per rimas portar⁹ vīdens, dixit ad sacer  
dotē, diabol⁹ baptisare faciat suos pueros in isto baptis  
mo, ego non faciā, atq; puerū sine baptismo abduxit.

### De rustico.

Rusticus in quodā spectaculo crucifixū agens cum a  
Iudeis male percussus esset, abiecta cruce. Diabolus, inq,  
sit posthac deus, ego nunc ero. Sed cū semel pistor ages  
ret, ludax illum probrosis dehonestabant verbis, quod  
cū patiēter pertulisset, dixit alter ad eum. Fur farinę. Ad  
quod pistor, tace, aut ego te cruce in terram posternam.  
Veritas enim non patitur iocum, nec homines consci  
sibi libenter audiunt cum veritate secum iocari.

### De fatuo ducis Austriae, & Heluetijs.

Cum Leupoldus dux Austriae (qui est postmodū ab  
Heluetijs (quos nunc Suiceros vocant, imperfectus) de in  
tranda heluetior⁹ terra in oppido Stockach (quod ægre  
munitū nostris temporibus fortiter pertulit vim maxis  
mam heluetior⁹) deliberaret cum suis purpuratis, & pri  
moribus de inuadenda hostili terra, habebat & in delis  
tijs fatuū, seu morionē, quem interrogabat, quō placeat  
tibi res nostræ. Male inquit fatuus. Omnes deliberatis  
em de ingressu, sed nemo de exitu. Erat aut propheticus  
fatui dictū, Stultius autem Suiceri, postea cum interfes  
to agebat, Cum em apud eos esset sepultus, apud mo

# FACETIARVM.

ñiales regnū campi, quotannis in eius anniversariō sines  
bat sacerdotē ita ad plebē concionari. Orate propter deū,  
pro dño Leupoldo duce Austrīæ, a suis, propter sua, &  
in suo patrimonio trucidato. Vnde eorum flagitium, &  
iniustum factum, non obscure declarauerunt.

## De simplici rustica ægrotante.

Apud Vindelicos, q̄s ego nūc algeos voco, cū rusticā  
ægrotās ab alpībus in suā parætiam p̄ sacra eucharistia  
misisset, & interim priusq; sacerdos veniret cōualuisset,  
venit sacerdos, vñ absens illa quesita est, & apud vicinū  
quendā repta, q̄ viso sacerdote exclamauit e fenestra vi-  
cini. Potes bene abire pater bone, de⁹ sit benedictus, nō  
est mihi nūc opus Christo, cōualui em̄. Sacerdos aut̄ ne-  
frustra tñm itineris cōfecisset, studuit eam ad sumptōem  
eucharistiæ inducere, Cui mulier. Quantū debo tibi si  
sumpsero? Denariū Bohemicū respondit presbyter. Cui  
iterū rusticā. Constitutas eā super mēsam, obiter, & casu  
aliquis pauper homo opus habebit ea, ille emet.

## De simili,

Ego noui sacerdotē, qui fere ad quinq; milia passuum  
cogebat bis accedere quendā rusticū, vt eum sacramēti  
puideret, & sp̄ interea dñ ipse veniret, rusticus cōualuit,  
& recusauit sacramēta, tandem sacerdos tedio itineris pe-  
titus, dixit ad infirmū. Conualueris quomodoq; volue-  
ris, per deum oportet te sumere eucharistiā, atq; ita coas-  
tus suscepit.

## De Simia.

Quidā doctor medicus Mediolani ægrotabat, ita vt  
de eius salute esset desperatū, qđ famuli eius & famulæ  
cōsiderātes, qđ quilibet potuit ad se diripuit. Hoc simia  
vidēs quæ apud dñm erat (vt est simulatrix oīm rerum)  
accepto capitulo quo insigni doctores vtunt, induit capi-  
tū, vnde dñs in rīsum est effusus, atq; conualuit.

T t 5

# LIBER TERTIVS

De prædonib⁹ pulchra altercatio, & s̄nia,

Apud veteres germanos, & p̄fertim Sueuos (vt refert Iulius Cæsar) p̄dari nobilib⁹ nō erat dedecori, qua vni ca re plusq; vlla alia barbariē ostentabant, cū vario alio, qui virtutū genere fuerint conspicui (vt in eplā līminari, ad cancellariū luculēter ostendi) nūc vero gratia dei p̄fertim nostra Sueūia purgata est latrōibus, & p̄donibus. Est tñ hodie „puincia germaniq; vbi etiā nunc nobiles c̄tra infamia volunt esse p̄dones, in ea aut̄ puincia lis est orta inter duos natalibus insignes, quoꝝ vnuſ alterꝝ fūrem criminabat, q; ei nō indicto bello gregē armentore abegisset, alter iniuriā reuocauit in animū, seq; nihil alie, nū a pbis morib⁹ maiorꝝ fecisse testat. Res deuenit ad arbitriū p̄incipē quendā marchionē Brandenburgēsem. Ib̄ vterq; sua cognatiōe frequēti, amicitia, atq; cliētela, p̄reste fuit. Surrexitq; prior furti criminatus, atq; apud arbitriū summa instantia p̄ restitutiōe famē laborat, atq; alterū ad reuocationē depositit, q; nihil fecerit, nisi qđ lis citū fuerit sp̄ in patria sua a maiorib⁹ suis vsc̄ in hunc diem habitū, q; nulli vnc̄ in eadē causa irrogata fuerit infamia, atq; in testes citat oēs, qui affuerant frequētissimi, ita esse acceptū a patrib⁹ suis, vt nunq; infame, aut criminosum habitū sit, dū aliquis adiuuerit sociū, vel amicū, (dūmodo legitie bellū in dixerit) contra quēcunq; qđ expressius i p̄ dīcūt, dum aliq; socio contra inimicū militati seruierit. Alter aut̄ ita factum suū tuebat, q; istū furē accusauerit, nō se iniuria fecisse, q; is fur iure habeatur, qui alteri inuito & nesciēti, & qđ improbius habeat apud legū peritos, per vim res suas auferat nullo bello indicto, aut vt ipsi dīcūt, fama sua nō conseruata, vel custodita, per in dictiōne bellī. Tandē post longas contenc̄tioēs, tale ego audiui suis p̄incipis arbitriū seu s̄niām

# FACETIARVM.

Neutrū se infamem velle declarare, atq; vtrūq; bene dixisse. Primo em̄ more & instituto veterum, & maiorū licuisse facere qd fecerit, nec sibi ip̄i licere infringere penitus, qd maioribus placuisset. Nec scdm male dixisse, qd in taliter repertū possit iure optio, & quidē Cæsareo, ultimo supplicio aī aduerti. De alio nobili,

Alius cū videret legationē Venetor̄ ad Maximilias nū tam splendide, & magnifice quoddā oppidū præterire, dixit. O q̄ turpiter refr̄ixit nunc oīs maior̄ nostrorū virtus, & fortitudo in nobilibus nostris, q̄ hi Veneti tot rebus p̄ciosis, & eq̄s phaleratis p patriā nostrā tuto ambulare debeant, an meis tpib⁹ tam secure incessissent. Idē propterea q̄ filij sui cessarēt a bellis & p̄dationibus, dixit esse hoīes nauci, nulliusq; bonæ frugis. Ego em̄ inquit, priusq; in iuuentute mea oīno ab istis rebus abstinuisse, in dixisse vel alicui abbatii bellum.

Cur Franci Christianissimi irrisio.

Cū liceat historico immo eius officiū sit res gestas scribere cū veritate, etiā si odiosae sint, nō putauit iocosis rebus nō conuenire res vere gestas (dū iocus insit) in medium afferre. Quod ideo nūc dicendū existimauit. scripsit ante aliquot dies, Regē & Cæsarē Romanorū, & eundē germanū iure dicendū Christianissimū non Regē Franciæ, vel solū, quod cum quidā legisset Burgundus, cōuenit me Aquisgrani, studiūq; meū in patriā laudauit. Sed pace tua liceat dixisse, optime hospes inqt, nō germani nostri, sed Frāci sunt hodie Christianissimi. Ego rugata fronte refragabar. Ille non contristeris dixit, finasq; tecum in revera locari. Ob id em̄ nostris christianissimi viident, q̄ et his sancti, & christiani diui in Brabantia, & Hollandia militēt. Causam sciscitanti, Hanc ait verissimam historiā tuis superioribus germanis apporta. Dum

Tt ij

## LIBER TERTIUS

hūper Anno dñi. 1.5.0.7. Frācigenæ magnus numerus  
cathaphractorū duce comite Armburgenī. suppetias tu-  
sissent duci Gheldrensi contra Cæsarē Maximilianū &  
Burgūdiones nostros, īcursionibꝫ, & prædationibus  
terrā nostrā inuasissent, diripuerūt magnā prædam ex  
agris, & sacrīs tēplis. sed dum redire vellent in Franciā,  
magna pars eorū non procul a naumurco, a rusticis Bra-  
bātinis est intercepta, miserabiliterq; trucidata, adeo ut  
rustici summa gloria, magnaq; & copiosissima pda onu-  
sti triūphantēs domū redierint, & inter equos phalera-  
tos, loricas deauratas, torques aureos, cæterāq; prædam  
p̄ciosam, reperta sunt duo vasa vinaria calicibus, alijsq;  
vasis sacrīs plena, q abſtulerūt hinc inde fanis sacratissi-  
mis in Brabātia, & Hollandia. Vn̄ ego dixi inqt, diuos,  
& sc̄tōs illis militare, vel potius stipendiarios esse, beneq;  
Cicero antiquitus dixit, tantū gallos cōtra deos pugna-  
re, quantū alij pro dñs cōſueuerūt. Cui ego, bene est. Ac  
ceperunt em̄ eandē mercedem, quā sui maiores cū olim  
delphos inuaserunt. Franci tñ possunt dicere & merito,  
fuisse, & nunc esse in terra Francia fures, & latrones, atq;  
illos non Francos, sed latrones fuisse.

Facetia, Christophori comitis Vuerdenbergeñ.

Apud moniales sanctæ crucis, Iudæus baptisat⁹ qui  
se medicum gerebat, cuidam quem e pedibus laborans  
tem curare debebat. clam fugiens equū furatus est, quē  
festiuissime irridendo comes Christophorus dixit resti-  
tutū esse pedibus, ppter ea q; non amplius equo, sed pe-  
dibus ire cogeretur, dum alioqui illi dicantur apud nos  
restituti pedibus, qui ex valetudine aliqua surrexerunt,  
ireq; iam possunt. Ille autē non erat curatus in pedibus,  
sed illis ire cogebatur q; nunc equo careret.

De simplicibꝫ rusticis & cancro,

# FA C E T I A R V M

Rustici Mundingenses ( de quibus superius mentionem feci ) dum casu in eorum solo cancrum inuenissent ( nescio unde illuc quod terra ibi fluminibus careat delatum ) quoniā retrogradus esset nesciuerūt quale animal esset, conuocataq; per campanā tumultum significātem vniuersa cōmunitate diu inter se consultarunt , quid esset . Tandem sarcinatore , qui olim artificij discēdi gratia terras alienas peragruerat consuluerūt , qui sua opinione admirabundus , ceruum aut columbam esse dicebat , sed cum minus satisfaceret , neq; quisq; propius accedere auderet , ad motis a lōge tormētis , animal confecerūt , locūq; illū latissime vallis , & stipitibus circuallauerunt , ne alii quis homī , aut pecorū eius contagione inficeret .

De comite Roberto.

Dicebatur olim Robertum comitem Armburgensem hostem se pronunciasse vniuerso mundo , præterquam deo , & regi Franciæ . Ad quod unus , cui ille notus erat euangelio respondit . Nescio de deo , iusticiæ tamen , & æquitati iam diu omnium iudicio bellum indixit .

De præposito Elvuangensi.

Præpositus Elvuangensis familiæ Rechbergensis cum olim a studio Papiensis abire vellet , misit ad magistratus illis aureum ducalem ( quem ducatum vocat ) pro scientia , quam auferret , iussitq; ita dicere . Se hunc plus ex benevolentia , & ut magnifice abiaret , q; merito dare , se em non tam sc̄ientiæ asportare , immo ultra dimidiū iusti precij deceptū esse , testatus est , si iure esset cōuentus .

De vera nobilitate .

Testatus sum in alio opere vanā esse , & falsam eorum Germanorū ambitionem , qui suā nobilitatē ad Romanos referunt , quoniā nulla est in toto orbe sincerior , & clarior nobilitas , q; apud ipsos Germāos , nec fuit ab aliis

## LIBER TERTIVS

tiquissimis temporibus, vscq; in hunc diē, vt alibi latius &  
luculētissime probauī. qd̄ propterea nūc dico. Fuit non  
longe a temporibus nostris quedā controuersia inter prin-  
cipē quendā, & doctōrē Nurenbergēsem. Princeps ias-  
tando suā nobilitatē dixit se esse de sanguine Troiano  
rū, et Romanorū. Cui doctor respondit. Ego sum de san-  
guine Nurēbergensiū, qui quales sint satis notū est, Tro-  
ianī vero, qui fuerint, & qualib⁹ morib⁹ est ignotū, sed  
constat Aeneā troianū fuisse proditorē, Romulūq; latro-  
nem, qui fuerūt auctores Romanæ propaginis,

### De indulgentijs.

Indulgentiæ apostolicæ, & quidē plenariæ (vt ita lo-  
quar) ita passim nostris tñib⁹ vñdunt̄ (vt loqui mos est  
rusticis) q; iā pene vilescat claviū & literarū apostolicas  
rū auctoritas, quāobrē nup quidā frater ordinis minor  
**Coloniæ Agrippinæ** ita in illas inuetus est. Audite O-  
vos fideles anīæ, ego vobis aliqd noui dicā, & rē miran-  
dā, hanc videlicet q; si nūc alīq; vestrū habuerit mediū  
aureū, habebit & regnum cœlorū per has indulgentias, si  
quis vero quartā partem aurei habuerit, habebit & par-  
tem eiusdem regni. qui vero nihil habuerit, erit diaboli.  
**Nōne res noua, q; sine pecunijs non sit locus fœlicitati.**  
**Male nobiscū agitur, qui sumus mīores reformati.**

### De ambitione sacerdotum, & episcoporum.

Abbas Fuldensis trīginta equis armatis, & ipse loris-  
catus cum Vlmā intraret vna cum cardinale Bernardis-  
no, Dixit cardinalis. O dñe abbas an tote equis & quidē  
instructis sc̄tūs Benedictus ordinis vestri auctor equita-  
uerit? Cui abbas. O reuerendissime pater, an cardinales  
sancti Petri tot mulibus phaleratis, sellis deauratis, fres-  
nisq; sericis, tantoq; & tam splēdido apparatu, ceterisq;  
id genus luxuriæ incesserint: vnde mutua talione statū

## FACETIARVM.

ecclesiasticū a sanctitate, et frugalitate ad corruptos mores summāq; luxuriā prolapsum esse declarauerunt.

Factum cuiusdam Francigenæ.

Quidam Francigena (vt est genus hominū fallax & versutum) in ciuitate Papiensi a quodam ciue centū aureos mutuo accepit, oppignerando ei aureum torqueum atq; illius vxorem accedēs, dixit. hos accipe centū, atq; vnam noctem voluntati meae obsequarīs, mulier p̄dæ dulcedine capta. (cum sit nūmus optimū expugnandæ pudicitiae instrumentū) consensit. Francus postridie ex pleta libidine virum accessit, suū torqueum exegit, quo nā aureos oēs vxori illius reddiderit, quæ cōuenta non potuit negare, frustraq; Franco fuit obsequiosa.

De Argentinensibus.

Argentinēses miserunt Oratores suos ad Henricum septimū Imperatorem Romanū, pro obedientia, priuis legijsq; suis cōfirmandis, dicētes ad Imperatorem. Dñi nostri Argentinēses &c. sed ter ita dicentes sunt repulsi tandem admoniti ab aliquo, venerunt ad illum dicentes. Ciues et subditi tui O Cæsar Argētineñ. &c. Tūc Cæsar admisit eos dicēs. Nesciebā qui essent isti dñi, sed ciues, & subditos nostros Argentinēses bene noscimus.

De sacerdote,

Quidam sacerdos in peruersos subditor̄ mores sermocinatus, tandem enumeratis eorū sceleribus dixit, Fis deiussor esse volo vos omnes esse diaboli mancipia. Cui rusticus alior̄ præfectus. Bene est inquit, quoniam fide iussoris, nunq; te fideiussione tua liberabimus.

De puella deuirginata.

Puella cōfitens suā se virginitatē pfanasse, acerbissime, m̄ltisq; verbis a sacerdote castigat, atq; q̄t, & quātis virgines in cœlis coronent coronis edoceat. Cum aut tam

Vv

# LIBER TERTIVS

110  
m̄ibile, firmū & preciosum castrū, seramq; pudicitię sua  
culpa apertā accusaretur, tandem tedium affecta correctōis  
dixit. Non tam firmā seram fuisse ut ipse affirmet, quā  
q̄libet rusticus sui pagi aperire posset, atq; aperte iisset.

Cur pulices plus mulieres, q̄ viros infestent.

Sutor quidā in insula Lemāni, siue Potami lacus, Fa-  
cetiarū egregius artifex, dixit ad nobiles matronas quā  
causa esset cur pulices plus mulieres infestarēt, q̄ viros?  
Illi aut̄ ignorātibus, atq; enīxe illā scire cupiētibus, tan-  
dem p̄missis vīctus dixit. quoniam postq; cibo essent exsa-  
turati, etiā flumen & aquā haberent apud illas, qbus &  
sitim extinguerēt. Dixit vna illarū, se nūq; sensisse illos  
ibi aquatū ire. Ad hoc ille. hoc ideo est, quia non turma  
tim accedunt, alludens ad amplitudinē fluminis.

Qui sint nimium audaces,

Qui dñm suū circa solēnia diui Martini nō timuerit,  
qñ scilicet tributa apud nos exsolui cōsuetuerūt. Itē qui  
Iupū in Januariō. qui rusticū in carnisprīuio. & sacerdos-  
tē in feiunio, qñ confitendū est, illi nimīt audaces sunt.

Qui sint insignes fatui.

Fidelis amator puellaꝝ, probū lusor, & misericors  
miles seu militans, nimium stulti discuntur.

De Iudæo.

Iudæus iocatus cum quodā Christiano, percussit illū  
in maxillā, atq; vt alterā præberet ex euāgelica doctrina  
admonuit. Christian⁹ vero eū ad terrā p̄strauit, mltisq;  
verberib⁹ affecit. Cui Iudæus, hoc nō facis ex euāgelio.  
Ad hoc christianus, Ego feci ex glossa. Proh ait Iudæus  
Glossa vestra, vt video, multo durior est q̄ textus (vt ita  
loquar) & difficilior etiā, q̄ legislator ipse.

De quodam egrotante.

Quidā in Riedlinga cīs Danubīū egrotabat, & a so-

## EFACETIARVM. I

Foro Bégitā multis verbis admonitus, vt dūtīnīs sa crā  
mētis puidetur, semper repugnauit, timēs se eo citius  
moritur. Quod cū sensisset soror, dixit. Vanā & ineptā  
eius esse opinionē, quoniā deus hoīem quoqū in loco,  
atq; conditiōe esset, facile inueniret. tandem persuasit ho  
minē vt diceret se velle cōsiteri, vnde soror lātata illico  
sacerdotē accessit, atq; vt fratrē suū sacramentis puiſu  
rus maturaret. Interea dum sacerdos accelerat, occultas  
vit se infirmus post fascē stramineū, ita vt nemo eū inue  
nire posset. Et cū sacerdos abiūset, profiliūt infirmus rug  
sus in mediū, atq; sororē mendacij accusans dixit. ho Ho  
he, dixisti, q̄ deus possit hoīem vbiq; locor; inuenire, &  
ego delitui tantum post stramina, sed nō potuit me vna  
cum sacerdote, & alijs hominibus inuenire.

### De quodam abbatē.

Quidam abbas cum cellari⁹ deesset dixit ad fratres  
suos. Quem ego eligam ex numero isto stultorum? Cui  
vnius ex grege. Nōne abbatem ante inuenimus ex istis  
stultis; intelligens & abbatem esse fatuum.

### De quodam suspenso.

Quidā faber ahenarius Basileæ suspēsus erat. & alter  
nesciūs rei cum ad forū Basiliense intempesta nocte ma  
turaret, & nimia festinatiōe clausas adhuc portas suspī  
caretur, cepit sub arbore non pcul a patibulo quiescere.  
Non autē multo post tempore venerūt alij, & ipsi ad forū  
propantes, qui patibulū intuētes, atq; suspēsum cognos  
centes, illū inclamauerunt, si vellet vt secū ad forū iret,  
qui bus verbis ille excitatus (quem dixi primū quiescere  
coepisse sub arbore) Expectate o boni socij clamat, ego  
veniam, vnde illi mortuū loqui existimantes, adeo exti  
muerunt, vt celerrima fuga pene exanimarent. Ille vero  
sq; sequutus. Manete ingt rogo. Ego vobiscū ibo, & q̄to

## LIBER TERTIUS

plus clamauit sequutusq; est, tanto magis illi festinaret.  
adeo ut semianimes tandem ante portas urbis reperirena-  
tur, atq; non nisi longo demum tempore sanitatem pri-  
stinam ex longa consternatione receperunt.

De alio suspenso.

Quaedam sororculæ Beguttæ, cum hoīem furcis addis-  
tum p consolatione accederet, interrogata ab illo quæ  
essent, filias se dei esse responderet. Dixit ille. Accedite  
precor proprius, & consumemus matrimonium, lasciuis ta-  
men verbis, dum tam diuitem sacerorum habeamus.

De quodam confitente se moniale cognouisse.

Quidam confessus est moniale se cognouisse. A cuius  
infando amore sacerdos illum dehortari conatus, dixit  
moniales esse mortuas mundo, & soli deo esse sacras, ser-  
uireq; debere. Ad quod ille, nō est ita inquit pater bone  
illam em sic sese exagitasse, vt viuenti simillima fuerit,  
nec solius esse dei, quippe quæ profestis ad minus die-  
bus etiam hominum seruitio manciparentur.

De monacho.

Monachus quidam quesitus quamdiu fuisset in ordine  
suo, dixit. Quadraginta annos, at ordo in me non fuit  
ad annum.

De alio.

Alius ex ordine mendicantiū cum venisset ad Argen-  
tuariam ab externis regionibus, essetq; praefectus alijs  
& prior (vt ita loquar) coepit ex monasterio publice ale-  
re meretricem, in eius enim forsan patria lascivius mo-  
nastici viri viuebant, quod cæteri egre ferentes, q; inde  
quaestui suo detraheretur publicam alere cum prohibes-  
rent, dixit ille. Deberem ego esse prior, & non futueret  
non faciam, atq; direpta non modica pecunia abiit.

Quare indoctis meliora beneficia conferant.

Cum nuper in conuersio quidam esset conquæstus, q;

## FACETIARVM.

pinguiora bñficia indoctis cōferant, nec vspiā locū sit  
literatīs, rñdīt alter, nō incongrue. Nā & vilioribus asis  
nis & pusilli s maxia onera imponunt, egregijs vero cas  
ballis leuissimi adolescētes, ne p̄manant a grauioribus.

De quodam mercatore.

Quidā Francofurdiæ ferrū empturus dixit ad vendi  
tore se nihil cuiq̄ debere, neq̄ q̄c̄b̄ hactenus nisi p̄mpta  
pecunia emisse. Nunc tñ se petere vt ille sibi ferrū ad ali  
quē terminū, vt dicitur, hoc est ad præscriptū diem ven  
deret. Cui venditor. Ego nihil tibi ( inquit ) sine parata  
pecunia dabo. ppter ea q̄ aut nullam fidē habeas, quo  
niam mercatores non semp pecunia habent, aut q̄ nihil  
sīs hactenus mercatus, aut tam diues es, vt nō opus ha  
beas aliquo termino, proinde non expectabo.

De homine quodam docto.

Doctus quidā homo, & mihi notissimus, de cuius ge  
stis plura dicēda essent, q̄ vlliū alterius, ppter ea q̄ p̄  
ter cætera incredibilia & infinita, in chartusiā, cui addi  
xisset se, miro ingenio meretricē olim etiā monialē, clam  
introducederit, diuq̄ apud se retinuerit. miro artificio sub  
ter mēsam occultatā, sed quā tandem ex nido cuiusdam  
anialis assī pdiderit, eam potissimū ob cām, q̄ venisset  
iam in magnā suspitionē q̄ oīa esculēta, & poculēta ad  
vsc̄ fundū semp exhaustire cōsueverit. cū quā tandem ex  
pulsus erat, multaq̄ regna plustrauit. Is inquā doctor,  
cū admoneret a quodā viro egregio, ne tam aperte mē  
tiret, q̄ inde eius famē, eruditio, fideiq̄ nō modicū de  
trahere. Non faciā inquit. Nam ad minus q̄nq̄ annis  
cogerer frustra verū dicere anteq̄ diluerē mēdacionum  
maculā, iamdiu cōtractam, In his amnis malo liber esse  
In loquēdo, nescio enim q̄dū viuā, q̄ si breui mors mi  
hi incūmberet, frustra fuissē seruus veritatis.

Vv iij

# LIBER TERTIVS

## De astutia mulierum.

Quædā mulier dilexit iuuēnē, quem cū congrue co-  
venire nō posset, nec auderet alloqui, hac calliditate vfa-  
est. Confessa est monacho cui dā, cū iuuēnis vicin⁹ erat  
ita, habes pater bone vicinū iuuēnē noīando eū, qui fre-  
quēter oberrat ædes meas, meq; cupide inspiciēdo īfa-  
miam, vt timere licet mihi afferet. Cui rogo suadeas, vt  
istos suos gressus moderet, per hoc em sperabat mona-  
chū suis istis verbis iuuēnē primū incitatur ad sui amo-  
rem. Monachus aut̄ bene pollicitus est, atq; rem egit cū  
iuuene, qui nihil sibi conscius intellexit mulieris tech-  
nas, non tamē prosequit̄ rem. Mulier secundo cingulū,  
alioq; ornamēta ex auro muliebria cōparat, atq; nonza-  
chum accedit, cōquerendo de rebus sibi a iuuene cōdo-  
natis, atq; vt illi res suas restituat, rogit. frater cum sum-  
ma acerbitate, & castigatōe defert iuueni res suas vt cre-  
debat. Nec longe post cū maritus mulieris peregre esset  
profectus, rursum cōuenit monachū, dicitq; iuuēnē per-  
arborem propinquā domui suæ pridie noctu ī cubile-  
suum ascendisse. Vnde monachus magis exasperatus,  
dedit iuueni modum, quo tandem ad mulierem peruenit.  
Seq; ignarus gessit copulatorē illorum amoris.

## De sacerdote plures liberos habente.

Vuolfgangus Richardus,

Cū sacellani in oppido fontis blaui ī ædibus Paræ-  
tiani cōuiuarent, essetq; mensa multis crateribus argen-  
teis strata, cōperit̄ alter alterius paupertatē exprobare,  
psertim unus pauperculū quendā sacerdotē, cur & ipse  
non tot crateras haberet interrogat̄. Cui ille ira excāde-  
scens. Si mihi tot essent inquit crateres q̄t liberi, habere  
nunc octo, atq; ita veritatem incautus prodidit.

## De sancto Martino quidā ineptus sacerdos.

# FACETIARVM.

Concionabat quidā sacerdos de meritis diui Martini, quomodo postq̄ is media hyeme in summo frigore tunc suā disciderit, atq̄ cuīdā mendico īpertiuērit, Christum dixisse ad illū. Dñe Martine, si huius ego tibi bene facio bluiscar, auferat me dyabolus ad inferos.

Alius concionator.

Quidā alius cōcionatus est. dum Adam primū recusaret de pomo edere, Euam cū indignatiōe dixisse, Comedas de pomo hoc, aut ego a te abiēs in turpissimum, aliquid lupanar intrabo, cū adhuc nullū in terra esset.

De Vdalrico comite Vuirtenbergensi principis nostri auo.

Comes Vdalricus cū quidā rusticanus sacerdos in aliis nostris Venatores eius egregie tractaret. Voluit adhuc illi aliud bñficiū conferre, cū prius haberet Parætiā. Recusauit sacerdos (qd raro fit) dicens, p his bonis cōsumēdis q̄ tunc haberet in suo bñficio, cogi se ad mēdiū noctis vscq̄ s̄ape sedere, q̄ si adhuc aliud habiturus esset, dies atq̄ noctes vigilandū esse, vt oīa cōsumeret.

Plura in passione domini mentita q̄ vera

Nuper quidam callide delusit rusticos, dicens. Multa plura in passione Christi mentita q̄ vera, quod rusticī egre acceperunt, illumq̄ tormentis ad reuocationem reducere statuerunt, donec eorum stulticiam deludendo dixerit, bene dixi o fratres. Pauca em̄ Christus loquitur sed vera, Multa vero Iudæi & qdem mendacissima,

De simplici rustico vera historia.

Quidam simplex rusticus senio cōfectus, in aliis nostris Suevicis, non longe a patria mea, cum mandatum domini nostri ducis Vuirtenbergensis quadā simplicitate, atq̄ incuria neglexisset, conuenit eum pfectus pagi sui, atq̄ carcerem ei poenamq̄ non mediocrem mi-

## LIBER TERTIUS

nitaſ. Cui rūſticus. O Ioānes dilecte cōſanguineæ, facias ſcd'm diuīnam voluntatē tuam, ſed ſi mihi propicius queſo, ſi enim prudētior eſſem mīnus egifſem.

De monachis Matthiās de Hochneck.

Eram nuper cum quodam nobili in pŕimis faceto in monaſterio quodā vbi erāt fratres ſatis imperiti, quorū perſpecta ruditate queſiuīt nobilis a me. Quibus queſo medijs, aut artibus defensuri ſunt ſi opus fuerit, iſti moſnachi fidē Christianam. Ego professus me nescire. Ad quod ille. O te imperitum, qui enim alij potando meliores. Ut eñi alij diſputatōibus, ita illi cōpotationib⁹ ad uersarios infatuare, atq; conuincerēt vniuersos.

De quada m ſententia cuiusdam ſenatoris.

Senatus Vrachensis píſcabaſ pro publica laetitia inſtruēda, & cū poſt píſcationē ante coenā aliqd ingruiffet quo conſiliū habere opus erat, cū quilibet ſuā ſniam dixiſſet, erat inter eos vnius qui inter consultandū obdormiuerat. & cū rogatus eſſet ſententiā, dixit euigilās partim elixos eſſe debere, partim affos, intelligens de píſci bus. ſomno eñi impeditus, q̄ res tractaretur, oñino eraſ oblitus, q̄ eius ſentencia longe, lateq; diſſuſa eſt.

Defratribus Bernæ combuſtis.

Fuerunt pridē Anno dñi M. D. IX. Bernæ quidam fratres p̄dicatores ob quædā inaudita flagitia igne concremati, qui inter ceteras ineptias, quibus imponere hominibus conabātur, finixerūt vni ex eis beatā virginem crebro noctu apparere, atq; rudibus eius queſtioneſi multis verbis reſpondere. Quod ego cum legiſſem, diſcere ſæpe cōſueui, iocando in eorū fatua ſigmēta. Si eorū cōmentum verū fuifſet, diuam virginē mihi capulari veſtulae magis ociosam, loquaciorēq; videri. qua tot fratreſ ineptijs quotidie reſponderit. Ambitionē enī & ſupſi-

# FACETIARVM.

tione sub specie religionis grassantē reipub. Christianas  
mīnari summā iacturā possum non obscure intelligere,  
q̄ istis artibus sit prius per scribas, & phariseos Iudeorū  
respublica subuersa, atq̄ labefacta. Sed cui ordini moro  
taliū desunt mali, bonos fratres nō tāgit calamus meus  
de malis tñ loquar. Ad tñ aūt facinus ( si verū est quod  
publice scribit, & diuulgatur) impuliteos sola illa perti-  
nax, & nulli mortaliū scibilis opinio, q̄ beata virgo sit  
cōcepta in pctō originali. quā falsis & pdigiosis miras-  
culis, sed dijs aduersis, cōuincere & pbare sunt conati.

## De alijs fratribus.

Cū nup quidā dicerēt in arcta fratrū regulā, humiles,  
q̄ vester irreptasse supbiā, atq̄ auaritiā, dixi ego. Id mihi  
mirū non videri, cū lupus humili veste, sordidoq̄ colo-  
re vestitus, totus sanguinarius sit, atq̄ rapax.

## De rustico, & medico.

Rusticus quidā simplex cū vrina accessit medicū, a q̄  
quæsitus vnde esset, dixit. Dñe doctor tu in vrina bene  
inuenies.

## De rustico egrotante.

Rusticus cū ei vxor, omnesq̄ liberi in peste obijssent,  
cœpit & ipse egrotare, cūq̄ sacram eucharistiā sumere ro-  
garet, rennuit, q̄ ex ea (vt ipse dixit) vxor & omes liberi  
mortē manducassent, atq̄ ab ea ad deū se appellaturum  
testatur.

## De simplici clero.

Quidā indoctus clericus Cōstantiæ fuit quæsitus ab  
his qui examinatores dicūtur, an esset de legitimo thoro,  
credebat illos inquirere natale solum, atq̄ inquit. Non  
sum de legitimo thoro, sed de Smicha, ita enim vocaba-  
tur natalis eius pagus, iuxta patriam meam.

## De asino imperitorumq̄ iudicio.

Cū nemo foeliciter, & bene possit iudicare de artibus  
nisi soli artifices, nemini dubiū erit, quin illorū sit iudic-

Vv v

## LIBER TERTIVS

qum omnino explodendum, violentum, rude atq; mena-  
dax, qui iudicare volunt de poetica, musica, atq; alijs ar-  
tibus, quarum omnino sunt expertes, atq; ignari. Ita con-  
tigit asino, qui sibi iudicis partes arrogauit inter philos-  
melam & cuculum, quae de cantu decertabant vtra eas-  
rum præstaret. Sententia enim ferens ita dixit. Cucus  
longe mihi excellere videtur, illius em catus est planus,  
atq; intelligibilis, vniuersq; tenoris. Sed philomela nescio  
quid canis, nunc em vocem attollis, acuteq; canis, nunc  
presse, atq; grauiter, nunc media voce, adeo ut non facile  
pateat auditoribus quo tendat cantus tuus.

De querimonia lupi super sua infelicitate.

Fecit nuper quidam carmē Germanicū, in quo mira-  
fice, atq; venuste lupū de sua infelicitate, atq; rusticorū in-  
se iniurias, atq; iniudiā, oīm regū iustissimo Maximiliano  
no Cæsari cōqueri facit, ad cuius tribunal citatur se mi-  
natur vniuersam rusticitatē, ita dicens. O quāta est rerū  
humanarū iniqtas. O facinus indignū, & superq; iudicio  
vindicandū. O pereat semen rusticorū, quod me iniuidis-  
simū mortalium genus sup̄mo odio, summa cū iniuria pa-  
segtur, et em iura illa oībus mortalibus pmulgata con-  
cedat liberaliter, aliquē posse in necessitate, & pro cōser-  
tratiōe sui corporis rapere esculēta & pculēta, id mihi hos-  
mies illi inq̄ssimi (bñficiū scilicet non tā humanū, q; na-  
turale & diuinū) cōcedere nolūt, quinī mo si tpe summe  
famis minima gallinam, vel anserē, aut ad summū, vitu-  
lum vni eoī rapuero, vel quod oīm detestabilissimū vi-  
deri debet ) cadauer mortui equi excoriare temptauero,  
tanto in me surgūt canū exercitu, tantoq; clamore, & ar-  
morū apparatu in me conficiendū, excarnificandumq;  
cōcurrunt p̄cipites, vt nemo vnc̄ atroci⁹ in suos hostes  
grassari debeat, aut fecisse inueniatur. Sed O rusticī que-

# FACETIARVM.

est vestra cecitas, quousq; ita delyrabitis, qui mihi quod  
iura tam humana, q; naturalia concedunt, tam diu nega-  
tis, dum vt possim subuenire necessitatib; corporis alicui  
ex vestris interdū, & id quidē raro, sum molestus, rapies  
vel ouem, vel bouē pro sedanda fame. sed nec furor, nec  
virapio argentū vel aurum, nec ferrū, siliquinem, avenā,  
vel triticū, nec quicq; earum rerū oīm, quæ præciose ha-  
bentur apud mortales, sed nō nisi esculenta, vīnū etiam  
spernēs quantūvis p̄ciosum, tñm oves, boues & vniuersa  
pecora curās, atq; tam singularis in rusticis, vel benigni-  
tatis, vel clemētiæ, vt nisi tēpore hyemis, vel summe fa-  
mīs raro alicui ex rusticis aliqd, quasi decimas mihi iure  
naturæ a deo datae debitas diripiā, contentus præda me  
siluestriū ditarī. Sed audi quantā huic in me iuidiæ stul-  
ticiā adiungāt, vt possit deus non iniuria meus vltor exi-  
stimir, nobiles & dños suos desides itē sacerdotes, pīn-  
guesq; monachos, summos eorū, & capitales inimicos  
genib; flexis adorant, summaq; veneratione obseruat  
qui de eorū labore, sanguine & medulla viuūt. O penā  
condignā. O rusticorū meritam īfolicitatē, me īnocen-  
tem, & eorū exercitatorē odio prosequūtur, illos aut̄ ve-  
nerantur, qui ab eis auferūt non solū frumentū, vīnum,  
equos, thauros, argentū & aurum, verū etiam vxores, fi-  
liae pudicissimas, & vīta deniq; sp̄am sāpe depredātur,  
quorū vīta omnis & luxuries inaudita tantū in sudore,  
& sanguine rusticorū nutritur. O diuinā vindictā qui tot  
estis, tamq; paucos intra viscera, & in sinu vestrarū filia-  
rum alitis, me vero nihil tale cogitantem persequimini  
tantopere. Vnde ego nisi Cæsar pacem vobis erga me  
mandauerit, perpetuum vobis bellum indico, quod &  
posterioris vestris nepotes mei facere dcbebunt.

Demeratrice.

## LIBER TERTIYS

Audiū olim duas mulierculas inter se dissidentes, vbi una ad alteram dixit. Tu es meretrix. Respondit altera. Verum est, sed tu gauderes esse meæ conditionis, sed tam deformis es, vt a nullo rogeris.

De sacerdote concionante.

Concionatus quidā sacerdos suis rusticis, incepit. Salutat vos Lucas medicus, vt sacræ literæ habent, sed post ita obstupuit, vt ne vñū quidem enunciare potuerit verbū vñterius. Cui ex senioribus vñus assurgens dixit, habeat gratias, atq; si quādo ad eum redibis, dícito & illi nostro omnīs nomine plurimam salutem.

De príncipum prærogatiua.

Príncipes dum sunt ebr̄ij, dicuntur a familiaribus lesi, dum sunt nigri dicuntur fusci, dum stulti dicuntur probi, simplices & innocentēs.

De concionatore Moguntiæ.

Quidā dicitur fuisse cōcionator Moguntiæ, qui sepe & acriter inuehebatur in illos, qui plura beneficia ecclesiastica haberēt. hoc canonici beneficiorū (vt ita loquar) ægre ferētes contulerūt ei pingue beneficium ad id quod ante possidebat, vt eius compescerēt intempestiuam losquacitatē, quod ipse accepit, atq; id qđ ante dixerat resuocauit, dicens se ante non bene in ea materia fuisse iñstructum, neq; eam dulcedinem ante degustasse.

Cur itinerantibus monachis pluat.

Est proverbiū apud nostros, quando monachi peregre proficisciatur, qđ sint pluuiæ. Huius rei nuper quidam philosophus Tubingæ causam ridicule afferebat hanc, quia inquit rasi multos habent ex vino immodiæ hausto vapores in capite, qui facile ex calore a calidicie extrahunt, vnde postea pluuiæ generantur.

De viatore ebr̄io.

## FACETIARVM.

Vinum acinaticiū apud nos Sueuos eo noie appellat, quo niger equo, quo cum quidā viator, vt vinosus ita factetus īprimis plus iusto se onerasset, ita vt ferre nō posset, noctu id ex fenestra cubiculi vbi dormiebat, euomuit, postridie venit ad sacerdotē, apud quē diuertebat, dicens. O bone pater q̄ acrem, & vehementē habes equū nigellum . nam hesterna nocte quodam furore percitus e fenestra cubiculi precipitem se dedit.

### De sacerdote.

Quidam sacerdos interī dum corpus Christi eleuaret, vīdit rusticum in horto suo arborem ascendentem, atq̄ poma decerpere statuentem, ad quem dixit. Ascende ī nomine diaboli, quod astantes mirabantur, qui non videntes rusticum ascendentem, putabant sacerdotem in Christum eleuatum hæc dixisse.

### De Maximiliano Cæsare, qdā infamato & Iudeis.

Querebāt ex scribīs Cesaris Maximiliani vniuersitate infamari famoso carmine, vernaculisq̄ cantionibus, atq̄ vt id edicto vetaret, rogauit Cæsarem. Non facile id faciemus, inquit Cæsar, ne & ipsi in nos partem carminis transferret, patere æquo anno qd & nos aliquā sumus per pessi, hæ cantiones vt cito fiunt, ita cito dispereunt, nec tam diu durant, vt aliquā conquæstus est apud nos Iudeus quidā, vt carmen hoc, Christus surrexit, qd nunc plus q̄ M. D. annos celebratur, Dixit em̄ Iudæus. Qui fit aut quo sidere in foelicissimo nobis, vtoēs cantiones per annū evanescant, & hoc qd dixi duret. Qui fit insuper ut homicidia oīa apud vos post annū expiantur, atq̄ reconcilient, & homicidiū nostrum qd in Christum cōmisiū tot annos maneat in expiabile, nulloq̄ nostro in cōmodo, atq̄ miseria vel tempore spacio mitigabile.

### De rusticō.

## LIBER TERTIVS

Rusticus alpestris apud Heluecios cū egrotaret, misit ad proximū pagū pro sacerdote, qui eum cōmuniōe fas era pūideret, atq; cū sacerdos venisset, conualuit paulū. Rusticus dixitq; ad sacerdotē. Vade domū nunc, si nascitū deū in clauo isto (quē demonstrabat) pēdere vsc̄ in crastinū. Cui sacerdos. An corpus Christi tā negligēter, & irreuerēter hic custodiam? Ad hoc rusticus, O bone dñe si etiā valeret. x. aureos sine cura tua custodiam.

Prouerbium apud Germanos.

*Bon Lassm*  
*NB*

Si vis esse lētus per vnu diem, intra balneū, post enim largius bibunt hoīes, vnde lēticia nascitur. Si per hebdomadā, mīnue sanguinē. Si per mensem, interfice porcam, vbi farcimībus, & carnībus suillīs hoīes lautiūs epulanſ. Si vero per annū, ducas vxorem, multoq; vero opinione, penītere emitur cītiūs, qđ per annū ab his, qui ducunt vxores. Alij ita dicunt, si vis gaudere per vnum diem, radas barbā, si per septimanā, vade ad nuptias, si per mēsem, eme pulcrum equū, si per mediū annū eme pulcram domū, si per annum ducas pulcram vxorem, si semper vis esse lētus, & gaudens, sias sacerdos.

Aliud.

Hæc familiā oīm īutilissima, atq; tristissima pēdicas tur. Gallina sine ouis. Porca sine fuculis. Vacca sine laete. Filia quæ noctu extra domū diuagatur. Filius lusor. Vxor furtim bona viri absumes. Et famula prægnās.

Aliud.

Hæc raro contingere, atq; fere contra naturæ cursum esse tradūtur ab ociosis. Puella adolescens sine amore. Nundinæ sine suribus. Antiquus Iudæus sine diuitijs. Antiquum horreum sine muribus. Antiqua vestis feliciter sine pediculis. Antiquus caper sine barba, Antiqua monialis sine religione.

## De puella impudica.

Erat puella in patria mea non vscq; quaq; illesæ famæ.  
 Illa suæ a patre in foro Echingensi emptū, domū ducebatur  
 & cū forte p syluā haberet adolescentē comitē, qui eam  
 de stupro appellaret, negauit illa prīmū, sperans illū in-  
 statiū petitur, sed tñ in fine nemoris cū videret illum  
 oīno a petītōe destitisse, dixit, sed O bona amasæ, vt re-  
 cordar pteritor̄ verborū, si tuæ voluntati condescendē-  
 rem, quo queso interim ligaremus suē, qd postea multis  
 annis mansit apud populares meos in puerbio.

## De alia puella.

Erat alia ml'to minoris ætatis, q confessā est sacerdos-  
 ti, se cū masculis sup fœno fuisse. Ad qd sacerdos. Quid  
 ibi fecisti? Rñdit puella cū quadā irrisione. Puh, nescis  
 domine quid faciat adolescentes in fœno puellis.

## De mendicis.

Scripti in triūpho meo venereo contra mendicos, so-  
 leoq; aliquando illudere illis, qui homies improbi, nul-  
 liusq; bone frugis, sed solo ocio dediti, mirificis artibus  
 simplices hoīes, & rusticos imperitos dispoliāt. Et id fa-  
 cio (testis est scrutator cordiū deus) nō ex quadā impie-  
 tate: (quippe qui sum quodā singulari beneficio naturæ  
 mirū in modū ad misericordiā propensus, & ultra facul-  
 tates vere pauperū, & afflitor̄ misereor) sed rerū indi-  
 gnitate motus, q videā eos per oēm iniquitatē & guer-  
 litatem hoīm simplicium abuti liberalitate & cōmisera-  
 tione. Illi inquā impostores mendici cum tam claimose  
 & suppliciter, atq; quasi quibsdā obtestationibus no-  
 mine dei & beatæ virginis, vel Valentini, Antonii, aut  
 aliorum sanctor̄ extorqueant eleemosynā ab hoībus.  
 Cogito quāta est bonitas, & æquanimitas dei & sancto-  
 rum, q illi mendici per eos vivat, quos nunq; venerātur.

## LIBER TERTIVS

Ego em eos ante sacras ædes; sed intus sub diuinis officijs vix vnū, aut alter⁹ vidi in decēnīo. Illos aut̄ cum audīo in plateis tam argute, cōpositę canere, & boare vel quaculari (vt illo verbo vtar) soleo dicere ad cōuictores meos. Ille me multo est lætior, nec me mouebit. Nam vt Horatius dicit. Si vis me flere, dolendum est primū ipsi tibi. Si autē sunt nimis eloquentes, & diserte quaculan̄tur, soleo dicere eum esse nimis peritū in sua professione artificē, vñ meo auxilio non habeat opus. Id aut̄ est oīm detestabilissimū, q̄ illi mendici suos liberos (qui illis cōtingunt plus cæteris mortalibus numerosi) curāt facere nō nisi mendicos, ita vt mēdīcus semp mendicū proges neret, vnde tanta apud nos germanos mendicor̄ copia diuagat, nostra non tam misericordia, q̄ culpa, & vītio. Est aut̄ q̄culor̄. aris. & bū nouū & barbaꝝ, sed nō inepte a nobis cōtrā inepte loquētes excogitatū, a sono vel cor uor̄, vel ranaꝝ, q̄ tales tā intēpestiue et inepte garriētes nō loquant̄, sed balbutiāt & instar coruor̄ vocē eructēt.

Fabula dñi Georgij abbatis Zvuifuldensis.

Quidā erat monachus, qui semper demisso in terram vultu incedebat. postq̄ aut̄ abbas eēt factus, erecto corpore ibat. Et interrogatus cur more solito nō incederet? R̄ndit, se prius terrā intuendo monasterij claves q̄s iissē, nūc illis inuētis, non esse opus ulterius inquisitiōe.

De quodam abbatē.

Noui abbatem, qui cum a quodā nobili in consensu primoꝝ Sueicæ cōfederationis de adulterijs, & multis fornicationibus esset criminatus, Respondit. Nōne deserē alinas futuere, Ad quod nobilis. Etiā si fecisses, genitus tuū accessisses. alludens ad eius imperitiām.

De quodam fratre minorum.

Erat nobiscū in coniūcio Tubingæ quidā ex ordine

## FACTIARVM.

minor de non obseruantia (vt dicunt) Is hilior factus  
hilari Baccho īcitatore, dixit se Veronæ cū exercitu Cæ  
saris Maximiliani militare consueuisse, atq; hunc repes  
tere velle. Ille cū interdum parū caste loquereſ, de rebus  
& milītia Veneris, dixi. Putabā vos castitatē habere īn  
votis. Ad quod ille. Verū est. tria voui, sed ita. Paupertat  
em in balneo. Obedientiā ī mensa. & castitatem ī al  
tari. Et cōuersus ad me dixit. Et apud vos qui docti ha  
beri vultis om̄i monstro mōstrosiora īueniūtur. Theo  
logus, vel ebrius, vel libidinosus, vel auar⁹, iurisperitus,  
iniquus & iniustus. Atq; medic⁹ valetudinarius, & qui  
seipm curuare (vt ipse dixit pro curare) non potest, q; eo  
tum professioni vita omnino non quadraret.

### De Bohemorum irreligione.

Bohemi ī eo sunt errore, vt non confessi laicī quoti  
die sacram cōmunionē accedant. Rustica aut̄ anserē īn  
quoddā oppidū vendendū sub brachio portans, prīmū  
est templū īgressa, atq; cum ibi tunc sacra fierent, acces  
sit & ī pā cū ansere altare, perceptura a sacerdote hostiā,  
quā anser illi īcaute p̄cipuit, atq; deuorauit. quod illa  
flendo sacerdoti conqueritur. Cui sacerdos. Noli īquit  
flere, dabo tibi alia, vel alium deū, vt cum eis loquar.

### De Laurentio Valla, & fratre minorum.

Laurētius Valla homio īpense doctus, atq; linguae lati  
ne instaurator, cum semel in tēplo minor⁹ Neapolis de  
ambularet, vidit sanctū Franciscum īter quattuor do  
ctores pīctū, atq; cōuocato aliquo ex fratribus. Quo īn  
quit pacto ordinis vestri princeps & auctor, Franciscus  
inter quattuor doctores ponit, cum tñ laicus & sine lite  
ris fuisse p̄diceſ. Cui īdignabūdus frater, Immo & mā  
ximus dactor⁹ est. Huic Laurētius. Et quo modo maxis  
mus; cum sp̄ habitus sit īter minores. Hanc ego histos  
XX

## LIBER TERTIVS

riā sāpe auditiū narrare Ioannē Nauclerum Tubingenē,  
collegij, gymnasij, & demū totius vrbis decus & orna-  
mentū, omniscj honestatis, & probitatis normam.

Quibus animalibus hoīm ætas cōparetur?  
Sic ætas hominis animalibus æquiparatur.  
Hedulus in decimum, vitulo vīgesimus æquat;  
Ter decimus Iunicem, sed quater ipse leonem.  
Astutam vulpem fert quinquagesimus annus.  
Sexaginta canē simulant, supradde decē, mox  
Est lupus, at felem bruma octogesima reddit.  
Equat asello hominē post nonagesimus annus.  
Anser abibit īners demū centesimo in anno.

In currucam.

Vīr bonus es, sed vīx talis reperitur in orbe.  
Coniunx communis, cætera solus habes.

Vita voluptuarij & sani.

Vt viuas sanus, semel in anno minuas sanguinē, se-  
mel in mense intres balneū, semel in septimana amplexo  
ctere Venerē, bis in die coniede bibeç. Quietus et bene  
de nocte dormi.

De quodā fatuo.

Morio quidam instabat apud dominū suum, vt more  
Christifidelium admitteretur ad sumptionē sacræ eucharistiae.  
& cum altare accederet, supposuit ei sacerdos par-  
ticulam raphani loco sacramenti, quā morio degustans  
dixit, O dulcissime deus cōsidera amarus.

De mendicis,

Quidā (dum in confabulationibus mētio de mendicis  
cōsiderat facta, cōsiderat numerosam haberēt prolem) dixit, non  
obscura est causa q̄ plures habeat liberos, nam tuto fos-  
tent coire, exploratum habentes non se, sed nos eorum  
pueros esse educaturos. Ipsī enim faciūt, nos autem co-  
gimur educare nostra eleemosyna.

# FACETIARVM.

De insigni mendacio.

Quidā gloriatus se lustrasse totā fere Europā, maxieq; Italā. Interrogatur de Venetorū vrbe magnificisq; edificijs. Ad qd inquit. Non possum plura dicere de Vene tīs. eam em̄ vrbe non nisi semel sub crepusculo vespertino transiui equo. Quod cū alij impossibile dicerent, q; vrbs mari circūdata, equorū ingressum, & egressum non admitteret. Dixi ego fuisse hyemē eo tēpore dum transisset, atq; super glacie equitasse ad vrbum.

De quodam studente anseres furato.

Quidā scholasticus Tubingensis confessus a se furto ablatis anseres, atq; gallinas, cū sodalib<sup>o</sup> suis deuorasse. Increpat a sacerdote, qui ei donec restitueret furtū, ab solutionē oīno denegat, quoniā non dimittatur peccatū nisi restituatur ablatū. Ad hoc scholasticus. O optie pa ter inquit. Ego in duplo restitui. ita em̄ illis me saturauis vt vix mediā horam retinerē, sed remouerem simul, atq; cepae, piraq; qbus conditi erāt. O vtinā inquit sacerdos pulmonē, & iecur pariter euomuisses, vt quadruplo redidisses, atq; indignabundus illum reliquit.

Qui sint præcipui, & maximi sancti.

Cum nuper Tubingæ cuius templi sanctioris tutelares sancti (quos patronos vocant) sunt diuus Georgius atq; Martinus, mentio facta esset de sanctorum meritis & sanctimoniae præstantia. cum alij Ioannē baptistam, alij diuū Petrum apostolorū principem ceteris præstare contenderent. Quæ dementia vos agitat quidā inquit? Qui em̄ alij sanctiores, meritissimisq; & honore priores Tubingensibus patronis Georgio & Martino? Nam cum alij sancti pannosi, contéptiq; pedibus incedat, hie egressus est ubi Nobis caballis equitēt, & sumptuosis vestibus induant.

Facetia Pauli Wilest traducta a Brassicano.

Wild Hūmēl

Xx ii

## LIBER TERTIVS

Sí cui incognitus sit Paulus Vuiest Suevus ioculator egregius, hac saltē facetia eundē plane quottusquisq; lector agnoscet. Conueniebat quodā vesperē tres socī grātia ludi, qui tunc in principatu Vuirtenbergeñ, vetitū fuerat, apud Tabernariū vallis Ramasianę admodū curiosum, cū quo pepigerat, fores clauderet, et obducto vepte intromitteret neminē, ne in medio ludo deprehensi, multā institutā soluere cogerent. quibus Tabernarius ille uestus & lucri audius, facile annuit, & conditiōem accepit, cumq; hi aliquandiu lusissent, venit Paulus ille Vuiest ex cōposito, fores pulsabat, mussitabāt intus ludentes quoꝝ techna aderat, simulabāt fortasse aliquem adesse, cui ludus illorꝝ suspectus esset, ob id Tabernario mandabāt ne cuiq; aperiret. Quo autē taciturniores se gerbāt intra ædes, tanto ille foris ianuā tumultuosius, sonoriū pedibus, & manib; pulsabat. Tandē sociorū vnuſ. vade inquit hospes, & quid rerū nouarꝝ tamē calleat, explorato, dū foribus admodū insultet. Hospes cui terū nouarꝝ experiundaꝝ libido incesserat quesitū ibat, cui vt r̄ndebat Paul⁹, Oua se parere nosse, ocyus rem ad socios, q̄s hospitabaꝝ, perfert, plurimūq; rogar eū hoīem intromitti sinerēt causa hanc rē factu mirificētissimā videnti, & experiundi. Hi vt res ex cōposito gerebāt, alii quātisper cunctabant, difficillimosq; se simulabāt, quā si istius hoīis aduentū grauarent plurimū. Vici tandem assiduis Tabernarij supplicijs, & p̄cibus sinebāt pulsantem (ne tñ ipsoꝝ ludus pderetur) intromitti. Hospes (vt erat rerū nouarꝝ audiſſimus gestiſt, exiluit, cucurrit, res pagulū foribus detorsit, aperuit, hoīem hunc psonatum hūtaniter excepit, hypocauſto, qd stubā appellat barbari induxit, ac pone fornacē in tenebras more glocitatis galinaꝝ collocauit, hortabaturq; eundē artis suæ, quā iacta

Vnde folia 4.

# FACETIARVM.

## De Conrado Pocherio morione.

Palatinus Rheni moriōem, & fatū secū habebat in delicijs, cognomēto Pocherium. Ille adolescēs prius, q̄ stulticia eius esset hoībus explorara, pecoribus custodiē dis erat p̄positus, qui cū haberet secū comitē adolescen tiorē, curuauit semel truncū arboris, huicq; puerū appen dit. Interim vero procurante id sathanā, vt existimandū est, turba in pecore facta ē, vt Pocherio cōpositore opus esset, qui cū ad pecus abiens puerū in trunco appensum reliquisset, reuersus, truncum inuenit renisum, sursumq; ductum, puerū exanimasse, domū rediens noctu sine co mite, dicit se illū suspendisse. Tandē vinculis addictus, nullā aliam causam attulit sui facti, nisi quia puer fuerit scabiosus. In pximo autē p̄cipū conuētu Augustæ, ego ip̄e audiui, q̄ diceret, bene cū eo actum, q̄ hodie cogere tur esse bubulcus, si viueret, rali vero miseria esse suspen dio liberatū. Quod & nunc puerbiū est in scabiosos, vt dicamus. Caue a Pocherio, alioqui te suspendet.

De eodem.

Idē quorūdam nobilitū pascebant boues, & cū vidisset illos equis, quo elegatiōres, instructioresq; ad bellū has berent caudas rescindere, ipse q̄ primū in campū venis set, oībus vaccis, & bobus idē fecit, & onustus caudis, domū noctu lētus repedauit. ob eāq; rem obiurgatus, dixit se æque ac dños elegati & pulcro pecore gaudere.

De Petro Maier.

Petrus Maier Ingstetteñ. cū semel in Capona casule infra arcē Lustingēsem, eius atq; alteri manib; appre hēsis dixisse. Ego vos in matrimoniu coniugo, homo admodū simplex retraxit manū indignāter, meq; obiur gās. Non est tutū, inquit, in tam seria re iocari, p̄fens- em̄ esset multa episcopi, cuius auaricia ingrit minora delis

Yy ij

# LIBER TERTIVS

Ita. Credebat enim diuortio, & ep̄i auctoritate opus esse.  
De prædonibus.

Prædari & latrocinari, nec apud maiores nostros in fame, nec hodie apud quosdam nobiles flagitiosum visum. Q̄ sit cōtra humani generis societatē, atq; amicitia, contra ius naturale, diuinū, ciuile, & gētium, prodidi in controuersia scīæ, & ignorantiae. Item in republica mea Bevuindana, q̄ nūc in manib; habeo. Illius vero prædationis cū nuper quidā nobilis esset reprehensus, respōdit lepide. Bonū est esse prædones in terris, atq; salutiferū. Nemini em̄ dubiū est, qn mercatores s̄epe plus foenore, q̄ iustis cōtractib; magnis opib; locupletetur, ita vt nō facile beatoꝝ sedibus dignarent ab oīpotente nisi nos eorū vſuras auferēdo faceremus eorū delicta leuiora, vnde tandem possent ingredi regnū cœlorum.

De incomposito rustico.

Mulier quædā nobilis, incompositū, robustū & rusticus ad se admisit, nocturnis illius nuptijs satianda, rusticus & o cū plus somno. Q̄ Venere carperet, non nisi ppe diē euigilauit, quē mulier ad opus nocturnū pficiendū, qm̄ dies appropinquaret, oparijsq; imunitatē p̄staret ut admoneret, annulū in dīgitis circūtagēdo, dixit articuli frigescūt, strictioresq; sunt, credo diē ppe adesse, ad hoc insulsus rustic⁹. Vera dīcis o dñā, nā & ego libēter velle merdare, qd signū ipse habebat aduētantis aurore.

De monachis & nobilis,

Intercessi olim Vlm̄ pro quodā monacho apud suffrāfectū, quem ipsi vulgo prælatū vocitant, ut liceret ei concedere ad aliquid gymnasii, quo cōmodius literis quibus impense delectabāt insudare posset. Respon dit mihi ille p̄fectus, eum satis doctū esse, periculosa dictitans in monacho eruditioñē, quæ eum inflaret, res

bellemq; exinde efficeret . Ego hanc vocē detestandam existimans . Non ita sunt , dixi , monasteria instituta , non ea mens antiquorū patrum , qui non minus doctrina , q; sanctitate claruerunt , vt in eorū bibliothecis veteribus , librisq; ab eis editis videre licet . Sed cū nihil profecerim verbis meis , obticui , recordatus scribaꝝ , & phariseorū , qui cum satis diuites essent in tēplo , sacrificijs & cæris monijs , dimissis honorib; mōrum præceptis , solū ad céris monialia , & auariciā conuersi , totam ludēam secū trasxerunt ad interitū . Subibat item recordatio pulcerrimae disputationis inter nobilē quendam , & monachū habitaꝝ , dum in cōuiuio Tubingæ essemus , Baccho auctore , inlāticiā plus æquo effusiores , vbi nobilis libere monacho obiecit , nunc eorū sanctitatē , eruditioem , frugalitas tem , in merā superbiam , auariciā , luxuriam fuisse cōmūtata . ideoq; non mireris pater bone , inquit , si sœculares , si principes , si nobiles odio habēt religiosos . q; pro virutib; in eorū cucullos irrepserint prava vitia , nec nūc ratio bene viuēdi apud eos habeat , sed habēdi plurima . Et cū olim monachi bñi , honesteq; vixerint , fuisse anīas nos nobiles , & principes huius sœculi , vt instituerēt , fundarētq; monasteria , institutaq; bonis , & possessionibus largiter donarēt . Nunc vero in anō illoꝝ esse monasteria diruere , pinguibusq; eorū bonis frui , & abuti . q; soli habeat diuitias , & cū ihs prae viuant . qd facillime fiat , q; frugalitatē , & temperantiā raro abundantia gignat , principib; vero intollerabile visum , q; solum de bonis Christi , & pauperū viuentes deberent tēperatius nobis exemplo esse . Ad quod monachus libere , cordateq; respondit . Non nego tempore vetusto & meliori , probiōꝝ res fuisse monachos , quorū virtutibus , & religione per moti principes huius sœculi libralissime eos tractauerit

Yy iiiij

# LIBER TERTIUS

Sed tūc etiā & tpe illo principes, & nobiles, m̄pto fuetū ad religiōem, pñiores, & probiores q̄ nunc sint. Verum itaq̄ est q̄ nñis tpibus, & senescēte iam sèculo monachī multo peiores sint, q̄ antiqtus. Illud tñ cōmune vitiū est oīm ordinū & conditionū, q̄ nemo, siue pauper, siue diues, sacer vel profanus, sui ordinis & conditōis priscam seueritatē retineat. proinde nec vos nobiles, nec vester ordo nos inculpet, aut in altere pñmū lapidē iacere possest. Sed iprudēter nobis obijcis diuitias. sumus em̄ dili- gētes rex nostraꝝ, procuratores, vos cū oia ludo, libidine luxuria amisistis, vultis nostris abutī bonis, vter igitur melior?      *Iocus nautæ in ebrium.*

Ebrius quidā cū alijs multis lacū alemannū, seu Pø tamīū traiecit, ac in prora paulū obdormiscēs, in lacū est precipitatus, socij aut illius cum clamaret, vt nauē sisteret nauita, quoniam ebrius in lacū decidisset. Ille dissimilauit aliquādiu, surdisq̄ auribus lacū sulcauit. Tumulus tuātibus yō tādē oibus ut sisteret, sineretq̄ educi ebriū. Rñdit ridicule, q̄ fatui estis, creditis hunc hoīnem aqua suffocari? Acclamatibus illis, iam fere actū de vita eius, nisi subueniret confessim. Stultis inquit stultiores estis. Vino suffocatus aquā in nullā corpīs partē admittit.

Fabula Hieronymi Emser, secretarij

Georgij ducis Saxoniæ.

Prouerbiū est apud nos. Ede interīm etiā olis, in eos qui carnes sibi deuorāt, olus contēnunt. Hoc inde trahit originē. Filiā olím mater quædā rogauit, quo mō gener eam tractaret, an nuptijs etiā nocturnis cā exhilararet? Respondit filia, nequaq̄, nisi q̄ manibus mihi vterum palpat. Tunc mater, Postq̄, inquit, iterum te taliter palpauerit, exclama myon, ea enī vox felium (quos vulgo cattos vocamus) existit. Si dixerit quid vis catelle, dū

# FACETIARVM.

cas carnem in carnariū meum.ein flaischlin in main te  
tzlin.tunc intelliget,quid velis,teq; thorali munere im  
buet.Nocte postridiana maritus vxorē palpauit,mo  
re solito, illa vero maternū consilium exequitur, tādem  
maritus vxoris voluntatem expertus , ad debitum sol  
ūēdum se strenuum præstítit . Tandem vero immodica  
vxoris libidine fractus, atq; defatigatus, coepit parcus  
in ea re militare,vñ illa sæpius clamauit myon. Et cum  
sæpe sæpius , & præter modum repeteret vocem illam,  
coemit sibi maritus holusculum , positoq; eo clam sub  
lecto. clamanti deinde vxori solita voce , holus adiecit  
dicens. Fris ouch kraut mit vnder, id est. comedere & in  
terdū holus . quasi non possit eam semper carnibus pa  
scere.Ex Lipsi quinta die Junij. Anno domini.

M. D. VII.

De eo qui puerum non suum accepit.

Quidā cum ei vxor in. xiij. hebdomadis ab eo tempē  
quādo eam duxit puer peperisset , primū recusauit suū  
agnoscere,tandē per sacerdotē,& ædituū est persuasus,  
noctes etiā esse in partu computādas,vnde tempus leg  
timū optime quadraret. Cum vero mater illius eum ca  
stigando, puer vero parēti reddendū contēderet. Non  
credā,inquit,sacerdoti nostro homini integrissimo qui  
noctes etiam asserat in partu cōnumerandas ex sapien  
tiū(vt non dubito)consilio,præsertim cum nūc hyemis  
tempore noctes longissimē plus veniāt, q; dies cōsideran  
dæ, & pfecto mater audi quantū & ego ratiōe valeā,ex  
lōgitudine em̄ noctiū ego inueni, super legitimū aliquid  
etiā tgis supereffesse, adeo vt dolus omnis excludatur.

De mēdacio cuiusdā fratri cōcionatoris.

Scripsi alibi nō multum conferre ecclesiæ, immo ve  
ro plerūq; obesse quorundā concionatorē inceptias,qui

Y y v

## LIBER TERTIVS

cum habeant sacrā, & probatam scripturā, recurrunt ad fabulas aniles, quae ipsi exempla vocant, quibus nō mediocre scandalum, hoc est, offendiculū ponunt simplicib⁹. Ea em̄ astruunt suis exemplis, quae nec vera sunt, nec verisimilia, & quae deum auctore supernaturaliter propter summā corum ineptiā, & vanitatem nō merent. Quod ideo dico. Nosco optime quandā casearium frastrem, qui ad imperitā plebem ita concionatus est. Fides Ies Christi ut æternæ beatitudinis indeficiēs gaudiū insc̄elligere possitis dabo vobis exēplū, & illud verissimū, quod vni ex patribus nostris cōtigit. Ille em̄ cum verno tēpore floridā transiret syluā, melliflue audiuit cantantē auiculā, cuius cantus dulcedine captus resedit, atq; pauolum tēporis aduertit, vt credebat, sed illud tēpus qd iste vix horā iudicauit, qngentoꝝ annorū spaciū erat. Et cum ad cōuentum suorū fratrum rediret, nec quisq; ilorum eū cognosceret, ipse vero om̄es, admiratus rei novitatem dīp̄it, singulos alloquēdo, & quare me cōfratres charissimi nō cognoscitis, ex qua re dixit. frater potestis vobiscū reputare, quantum sit gaudiū in coelis, nec ullo tēpore præscribendū, si fratri nostro auicula tantū tempus in horā paruam conuertit. Ecce q̄ absurdā. Non vis debat ineptissimus frater, non esse credibile, vt om̄es fratres adhuc viuerent supra vitam humanam, & q̄ totus ordo suus tanto tempore non durauerit.

De tribus Bauariis.

Tres Bauari simul peregre profecti sunt gratia mos rum in alienis terris discendorꝝ, venientesq; in Germaniam inferiorē (vbi hoīcs tam expedite, curteq; loquuntur, nimisq; celeriter verba pronunciant, vt vix & ægre superiores Germani intelligent) ciuitati cuidam appro pinquauerūt. præmittitur aut ab eis pro procurādo hos

# FACETIARVM.

Spitio, lautoq; prandio instruēdo, qui huius insuetæ linguae peritissimus haberí voluit. qui cum in vrbem venisset, atq; tarda sua lingua, imprimitq; crassa & dura cum Caupo esset locutus plura, nihil tamen eorū intellexit capo, quare dentes digitis demōstrans, comedendi auiditatem significauit. Caupo dolore dentiū laborare eum existimans, mox ad medicū dentarium deduci iubet, vbi cum adhuc in dentibus monstrandis perseveraret. Medicus Cauponis sententia permotus, dentes duos illi euulsit radicitus. quare indignabundus ille, & triſtis exiens ciuitatem, ad suos comites pertuenit, quibus ait, O fratres charissimi per fidē meam cōsulo vobis ne hanc ciuitatē ingrediamini. q; primū enim ad māducandum quippiam postulaueritis, dentes vobis omnes exturbabuntur. Mihi vt cernitis duo ob eam rem adempti sunt, qui nisi adeo peritus, & edoctus fuissē in eorum lingua, iam totus edentulus ad vos redijssē. Illi boni homines stulto illius cōſilio permoti, ferme inedia confessi abierunt, suam Bauariā ieuniū repetentes.

De eo qui multas cunas emerat.

Quidā in Francia orientalī, cui vxor, quā ante quatuor hebdomadas duxerat, cum peperisset filium, mox properauit ad quoddam forū, vbi tot cunas emit, vt quadrigas impleret, atq; domū rediens, cum interrogaretur quid vellent sibi tot cunæ dixit. Opus habeo, si enim vxor mea tam fœcunda est futura, vt in tam breui tempore sit semper paritura, vix haec sufficien̄t.

Depediculoso quodam.

Quidā mihi notissimus phūs Io. Curtius cū esset in primis macer, quæſitus a me cum tñ biberet, & comedere ret quantū quisq; pinguissimus, cur tā macilentus esset? Respondit, quia tantā familiā pasco proprio sanguine

# LIBER TERTIVS

quantū Romanus imperator. significans pediculos quī eius corpus infestarent. Idem pediculos dicit suos esse custodes, qui nō sinant eū diutius dormire. De eodē Idē interrogatus, cur nā potes tot pediculos pati. R̄ndit qm̄ misericordiā maximū opus in pauperes præ inopia exercere non possum, alio quadam misericordia pediculos, qui quotidie corpus meum corrodunt.

Spiritus sanctus in columbae specie pingitur.

Dum Christus in die ascensionis iam esset in cœlum eleuatus, dixit pater ad illum. Bene veneris (vt nostri homines salutare consueverunt) fili. Huic filius. Deo gratias pater charissime, mox pater subridēs ait. Ego te fili remittā in terras, vt rursus patiaris. Ad hoc filius. O pat mittas spiritus sanctū, vt si eū nūmio afficere velint dolorē te possit auolare, quia ille in specie colubae pingitur.

De Iosbarto Propheta merdoso.

Iosbatus, siue Iodocus barba Tubinge vaticinādi sibi arrogāvit artē, de q̄ in carminibus nr̄is plura iuenies, & de cuius gestis integri essent libri perscribēdi. Ille ipē eū nūmio rigore & singulari malicia vteretur erga vxorē suā, euenit vt clam illa ab eo aufigeret, atq; apud Hels uieios esse diceretur. Sed cum in ieunio sacerdoti cōfis tens, absolutōis bñficiū non aliter obtinuisse, nisi vxoram quereret, pmisit se facturę, atq; medio die accenso lumine exiuit cluitatē, atq; non pcul a portis, vb̄i erant congeries lignorę, anxie quesiuit illam, atq; mox domū repetēs conuenit sacerdotē, seq; suas egisse partes testastur, neq; vspiam illam inuentā, etiam si solito maiorem diligentiam querendo adh̄ibuerit accenso lumine. Sed vt quereret eam vb̄i opus erat, induci non potuit.

De puella quadam,

Quidā minatus est puellæ se ad eam noctu clam ven-


folio 4<sup>to</sup> Segundū \*



## FACETIARVM.

uerat, periculū faceret; adeo moræ impatiēs extiterat ho  
spes, lussa subit Paulus ille, qui duo oua ad viuā cutē pe  
ctoris sui tam diu fouerat, ac gestauerat, ut pcaluisserent.  
Cūq; aliquandiu consedisset Paulus, hospitē vocauit, vt  
ouū supposita manu blande exciperet. Accurrit hospes  
ouū excipit, ostētat id lusorib⁹, iurat per deos īmortales  
adhuc īcalescere. Hortaſ Paulum secundo ouū pariat.  
At ille subdole renitebaſ, bonā inquit & minie vulgare  
gallinā esse optet, q̄ vno die bīna oua parire soleat. Non  
tū deſtitit hospes a p̄cando. Morē gessit Paulus hospiti,  
statimq; hospitē accersiuit, ouū secundo partu exciperet  
affuit hospes, ouū sumperat in manus qđ eque, ac pri  
mū caleſcebat, in mediū profert, ac rei magnitudinē mi  
ris laudibus extollit. Rogauit tandem Paulū per oēs deos  
vt Tertio ouū pariat, pollicens amplius ſe nil ab eodem  
exactur, Responderat Paulus ſibi id factu difficultimū  
fore. Tīmeo em inquit ipsa ouorū ſeminaria interne diſ  
ſolui, & penitus deperire, vnde nō inmodicā iacturā ſus  
merē, inde em mihi victus subducere. Quāto plus Pau  
lus rem pnegauerat, tanto obnoxius hospes eundē pre  
cabat. Tandem Paulus rem illā ſe tertio tentatur, quo  
cūq; res caderet. Vbi vero tēpus faciendi oleti, & aliuū  
ſoluendi adeffet, Hospes (inquit) oc̄iſſime adſis. vitellū  
excipias, quoniā ouium illud poſtremū testa caret. adſis,  
ne in pulueres recidat, ac nullius vſui eueniat cura. Ac  
turrebat hospes plus æquo credulus, nedū curiosus, am  
bas manus ſupponit. At is non ouū, ſed ſolutæ alui pur  
gamēta in manus hospitū, p̄fusissime cacauit. exclamā  
do. Eheu ad mēā maximā iacturā redegisti me, ouū am  
plius nullū parire dabit, id eſt qđ initio verebar. Cōpera  
ta vero fraude hospes Paulū, niſi pone colluſores desis  
luifſet, personamq; detraxiſſet, diſtriſto gladio adortus

Xx iiij



## LIBER TERTIVS

fuisset. Digna Hystoria curioso. Vnde sibi exēplū sumant quicq; reꝝ nouitate nīmīa permouent.

Facetia de rustico quē nō decebat pulmētarīa.

Rusticus quidam seruū habebat, cui cum mane ante opus diurnū (vt hyberno tēpore fieri solet) pulmentariū appositiū esset, & ille segnius ederet, quasi idem fastidiū ret. Rusticus his verbis eundē compellauit. O si Bētzo hoc pulmentariū mihi æque ac tibi cōgrueret, q; audis buccis et faucibus id exederē. Putans id se amplius non decere, cum vīx ante triduū in numerum eius pagi iudicū cum ascitus fuisset, quasi nō nisi ieūnus de agrorum līmitibus in paganorum conuenticulis disputare posset, aut qui saltem pulte crassa inebrīari se putabat.

Sequuntur mendacia explosissima

Fabri Cantharopolitani.

Quū semel Faber Cantharopolitan⁹ cum Nobilitari⁹ suo, cui tūc famulabāc circa flumen quoddā equitarent. Vidit Nobilitaris nassam pīscatoriā inter crustas glaciei superne fluitare. Utinā inquit nos eā nassam, q; pīscibus plena est, haberemus, cui Faber id factu facile esse r̄ndit atq; laxatis frenis in flumē arripiendae nasse gratia prōfiliit, quē pīscis ingenti enormitate cum equo hī antibus faucibus excepit, ac repente deglutiuuit. Cūq; pīscator q; dā non lōgo post pīscē hunc casu cōpīsset, ac in mēsam Lanioniaā venū exposuisset, asciolaq; eundē exenteraſſet, exiluit. Faber equo insidiēs saluus, reicq; nouitatē nobilitari recēsuit, in qua re sane non est parce mētitus.

Aliud de Apro.

Pertransēuti Fabro quadā tēpestate nemus, aper mis̄ra magnitudinīs, ac dentib; longitudine vnius cubis tī, pīminentibus venit obuius, quē cum tunc incursantē pone querū veterem effugeret. Truculentus aper fabri

# FACETIARVM.

Cupidus dente suo quercū annosam adeo penetravit, vt ab altera parte quercus dentis acumē emicuit. Quod cū faber vidisset, vt rebus suis ac saluti consuleret, subito in mentē venit, vt districti pugionis capulo dentis acie, vt solent fabrī dum arculari clausos incuruāt, reflecteret & retunderet, ne cum dentē hinc auelleret, iacturam sumeret, quo solo sibi salutem quæsiuit.

## Aliud de Lupo.

Faber ille cū per syluā itasset, & lupus ille occurrisset hianti rictu, ac si eundē yiuū deglutire voluisset, vt se redimere posset, cū impetu manu dextra per rictū lupi penetrauit, caudāq; arripuit, ac eundē (vt Calceolarius calceū) inuertit.

## De sacerdote Aucupiario.

Sacerdos quidam in agros profectus aucupij faciens di gratia, cum videret ardeam sublime volitantem, suū auolare falconem vulgo dictum, quem manibus gestabat, cūq; falco arrepta ardea ex aere p̄cipitaretur, Aper, qui tunc aderat, falconem cum ardea patulis fauicibus simul deuorauit, hoc vbi vidisset sacerdos, accurrit, & aprum venabulo transfixit. Cum vero hunc domi suae mactare vellet, & apri terga cultro lanōnio superne disseuisset, falco ardeā adhuc rostro gestans euolauit salsus. Ecce q̄ belle mutui sēdēdiorum illecebris, sacerdos ille, & faber fabulatores egregij decertant.

## De eodem.

Idem sacerdos cum die quodā a rusticis circum sedentibus in balneis interrogaretur. An ne sibi compertum esset, quonā abirent, vel vnde redirent Ciconiae? Has nugas subtilissime cōmentus, Arrigite! inquit Jaures rem memorandā vobis recensebo. Quum olim pater meus scholas triviales petendi gratia me ad externas gentes alegasset, ad remotissimam insulam casu veni, qui cum

# LIBER TERTIVS

Ibidē literas discēdo balneas semel intrassem, Insulani,  
qui mihi assederāt, humanissime salutauerāt, quos cum  
interrogassem. Vnde me exterū & alienū agnouissent.  
Respondit illorū vnuſ . A parentibus vestris bone dñe  
Ioannes, qui tam de me q̄ gentilibus meis bene meriti  
sunt, optime vos agnouim⁹. Cunq̄ hortarer illum, quo  
nam modo a parentibus meis beneficia accepisset. Rem  
ex ordine depromit. Verno mihi tempore (inquit) dum  
Insula nostrā frigoribus riget, transfiguramur in Cico-  
nias, & in partes Europæ tunc calescere incipiētes auo-  
lamus. Vnde ego in culmine ædium parentum vestrorū  
ante annos triginta nīdulū surculis & virgultis effinxī.  
quibus id tēporis tererē, donec brumalīs nostræ insulæ  
rigor deseuiret. Aduentū meum parentibus vestris ad-  
modum gratum fuisse semper intellexi, qui nunq̄ passi  
sunt nīdum nostrū minimo prouocari. Vbi vero regio  
vestra faciem brumæ induit, discedimus, & in nostram  
insulam, tunc calidissimā reuersi Aues exuti in formam  
pristinam demutamur. Quibus nugis rusticānam ple-  
bem adeo persuasit, vt quisq; horum Ciconias posthac  
maiore honore se culturum serio testaretur.

Facetia de simplicitate sponsæ.

Rusticus olim gnatā suam rustico desponderat, cūq;  
ille prima nocte vxori cestū diffibulare vellet, cuius gra-  
tia mortales matrīmoniū ineunt, e lecto se corripīēs sur-  
gere voluit, hūc vbi sponsa rogasset, quo nam abiturus  
esset, clauā se allatu⁹ respondit, quā sanctæ, & nunq̄ at  
tritæ suæ rimula cuneū facilius intrudere posset, at illa  
sponsum lacertis complexa ob nimīam simplicitatem, cri-  
men inconsulte fassa detinuit. Siste (inquit) pedem. Cla-  
ua tibi nequaq; opus est. Seruus enim patris mei ante  
triennium ad eam rem claya non indiguit.

M

# FACETIAR VM.

## De rustica præfecti vxore.

Quidam rusticorū præfectorus cum esset creatus, nouā melotā, seu pellīcam vestē vxori cōparauit. Illa die dominico, tam nouę vestis, & magistrat⁹ mariti honore superba, cum tēplum esset ingressa, pellibus inuersis, capite & elato & superbo, surrexerūt oēs hoēs, ob euangeliū, quod tunc legebat reuerentia, quod illa in suum honorē interpretabat, quare pristinæ sortis recordata, dixit Sitzet still. ich denck vuol das ich ouch arm vuar, id est Sedete, memini eñ & me fuisse olim pauperem.

## De quodam crīmina non carmīna faciente.

Egolffus de Riehaim toga & militia clarissimus, eques auratus cū in pago Vualēsi, vbi habitabat, pulcer, rīmū, & magnis impensis tēplum cōstruxisset, opera & industria cuiusdā solertiſſimi artificis Burchardī Auguſtensis, supuenit quidā Poeta, suo iudicio non ineptus, qui infra scriptos versiculos in laudem equitis, & artificis, maximo calore Apollinis afflatus cecinīt, Virgilium, ipsamq; antiquitatem prouocantes.

Construxit templum miles inclytus illud Egolffus

Von Riethaim senis c q; qndecim. Id est M.D.VI.

Hoc quicunq; vides, artes huius conspice viri

Artificis Burckardi, petiere orare deum.

## De rusticō confitente, & de alijs rusticis.

Quidā rusticus cū nimis incōposite & inepte, peccata sua sacerdoti enumeraret, corrept⁹ ab illo de negligētia, & inscitia tam salutaris cōfessionis. Respondit, se huic rei non magnā operā impēdisse, ob eam maxie causam, q; ea arte (putans confessionē) nec possit, nec velit viueſtre, & se nutrire. Alius rusticus exiens sacrā ædem obuium habuit aliū quendam rusticū, a quo quæſitus an corpus Christi esset eleuatū, vt dicitur. Nescio inquit, tam

Y y

# LIBERTIVS

leuiū enim & paruaꝝ rerū nulla me cura tangit . Alius mihi notus in coena dñi eucharistiā sumpturus , cum eas suꝝ vidiſſet tibicinē , qui ſtultificis , & bacchanalibus diebus ad choreas cecinifſet , ad hūc in accessu ad altare tascite dixit . O Conrade q̄d diſſolutā , & laſciuam vīta poſt paſca iſtituemus , ſuam religionem declarans .

## De quodam Hechingensi .

Quidā Hechingensis cū quibusdam regulis ad terrā sanctā peregrinatur . Et cū Rhodi appuliffent , fratresq; ordinis oīm regionū Christianarꝝ alumni , rei nouitate , & aduenarꝝ vīdendorū , vt fit , gratia aduolarent , proſiſtijt ille in medium , atq; inquit . Non eſt vſpīam inter vos bonus aliquis ſocius ex Hechinga . factum ſatis rīdenā dum . Sed nunc in Marpach oppidulo dicuntur eſſe boni ſocij . Nescio quo prouerbio .

## De Vuolfgango Australi mendico & ſcurra .

Vuolfgangus Australis dum ſemel in ædibus cuiusdam rūſtici ſuper duro ſcamno pernoctasset , & ſurgens mane pennā ſuie plumā anſerīnā in crīnībus inueniſſet . Heu q̄d duriter inquit , & pelliſme ſuper vnicā penna hac nocte quieui , quomodo cū illis agitur , qui ſepiſſime ſuper mille vel plurībus plumis requiescūt . Idem cum olīm acerrīme obiurgaretur , a quodā nobilī viro , q; tibi alia ab eodē ſibi donata vēdiſſet . Respondit , & quo modo ego ſeruarē illa , cum tu tibi propria ſeruare non potueris ? Idem dictabat ſe vbiq; eſſe aulicū , Vuan man ſech in lieber im hoff vuan im haus . Hoc eſt . Nam libentius eum hoīes in veſtibulo domus , q̄d in domo vi derent . Veſtibulū autē , & aula eiusdē vocis ſunt , & vnius noīs in lingua noſtra vernacula . Idem ſe longe diſtiorem ſuo patre eſſe affirmabat . Vuan ſein vatter het vuol funſtzig gulden verzinſt , die het er all abgeloft ,

# FACETIARVM.

hoc est. Nam pater suus noīe tributi, & pensionis ex bonis suis quinquaginta aureos quotannis dederit, quos omes ipse dissoluerit, dum se decoxisse, bonaç paterna gula absumpsiſſe vellet testari. Idem cum rogaretur a quodā rusticā, vt vaccā eius egrotantē sanaret, dedit ille chartulā rusticā, in qua characteres aliquos simul abat se pīnxisse, illamq̄ collo vaccā appēdi iussit, sumptisq̄ septem nūmis aufugit. Mulier se delusam opinata, vti erat, vacca em̄ non cōualeſcebat, chartulā sacerdoti alīz cui legendā præbuit, in qua scriptū erat. Ist du so gnist du. Ist du nit so gnist du nit. Siben pfennig ist mein ges vuin, Blas mir in ars ich far do hin, hoc est. Si comedis conualeſces, si non comedes non conualeſces. Septem nūmi est lucrum meū. Linge mihi culū ego diſcedo.

## De imperito sacerdote.

Sacerdos quidā Augustensis cū multas fabulas, resq̄ inanēs & ſupſtitioſas, atq̄ apocripha p veris plebi concionatus eſſet, interrogat̄ in quibus id libris doctoribus q̄ legiſſet, Respondit ſe non legiſſe, verum a chariſſima matre iam mortua ſepiū audiuiſſe, quæ mulier honesta & veridica fuifſet, habitaq̄ ab om̄ib⁹ mortalib⁹.

## De quodam versificatore græciſſante.

Olim fuit mihi ſodalis non indoctus, cæterū ad carmen ſine gratijs & venere, cuius dum nuper quodā vē ſiculos paucos legiſſemus, quoꝝ initiū cum tumidiū antimacho diſjudicaret, finiſſq̄ in ridiculū murē definet. nō ſine Prisciani ſūma iniuria, dixit Henrich mānus meus. Hos versus niſi Sibylla legerit, aliū neminē interptari poſſe credo, ſine maniſtario ſolæcismo & barbitismo. Ad qđ ego. Detis ei hanc veniā verſuū, nunc em̄ animū adiecit ad elemēta græca, græciſſatq̄ strenue. Ibi alter ad modū facetus, totuſq̄ in riſum effuſus dixit. Ist

Y y ij

# LIBER TERTIVS

er von Græzinga. Ich mein im gescheh vuie mir. vuam  
mir ist ietz das latin erleidet , ich vuill auch kriechesch  
lernē. Hoc est. Est ne Græzingen. (Est em̄ Græcinga op  
pidulū nō pcul a Tubinga septē forsan milibus passuū)  
verū illī vt mihi cōtigisse credo. Sordet em̄, atq; fastidio  
etiā est mihi nūc lingua latina , credo nos nūc græcissas  
turos.

De quibusdam iudicibus.

Quidam mihi notus, semel cum litem perdidisset in  
iudicio, dixit ad iudices. Iam nunc s̄aepe litigavi apud  
vos, & semper succubui. q̄ si tu pfecte esles pater meus,  
cæteriq; iudices om̄es mei fratres, sperare & me aliquā  
do sententiā apud vos obtenturum. Tam magnos acu  
leos, atq; incitamentū credidit habere fauorem vel odia  
um in vtranq; partem. Et ita profecto est, vt fauor etiam  
in spectato viro totis viribus, velisq; & remis, vt dicitur  
etiam nobis nō sentientibus eat in mītiorē, meliorem q;  
sententiā. Econtrario odīū nihil non aspere iudicet.

De Iudæo baptisato.

De duricīa & pertinacia Iudæorū, veterum tēporum  
plura monumēta extant, nostris vero tēporibus ab eorū  
maioribus raro degenerat, adeo vt hi qui aliquando ab  
iurata gentili fide ad Christianam transierint, vñus  
aut alter bene & perseveranter credat. Quod ideo dixi.  
Fuit vñus in Dilinga oppidulo, qui suscepta fide cū co  
geretur Christiano natali diutius in maturinis laudibus  
tēpore gelidissimo stare, reuersus demū dixit. Si vñico  
puero tam sumus occupati, si beata vírgo (quā inhones  
sto nomine appellauit) adhuc aliū filium peperisset, to  
tus mundus dies, atq; noctes in eorū ministerio fuisset  
detentus, atq; mancipatus. Sed ob de honestationem sa  
cratissimæ vírginis in aqua fuit submersus, atq; suffoca  
tus, iustum perfidie mercedem consecutus.

# FACETIARVM.

turū. illa sub interminatiōe mortis phibuit, quia cultus  
sub lecto se collocaturā quo eum interimat testaſ. Ille no-  
ctu veniēs inuenit eam iacentē, quae altū somnū finxes-  
rat, vñ callide se simulauerat exīturū. Cui exeunti, puer-  
la euīgilāti similiſ dixit. Mane, q̄a non habeo cultellū.

## De sacerdote ebrío.

Pagus est non procul a Stutgardia, vbi cū pestis gra-  
saretur, atq; ex rusticis vnuſ peste correptus, diuinis ſas-  
cramētis veniret prouidendus, conuocatur sacerdos pa-  
gi, vt ſuum officium ageret, qui eo tēpore tam īmodico  
vino erat sepultus, vt língue & pedū gubernamen amia-  
serit. Ille cum rusticū accederet, puifurus eum (vt more  
noſtro loquar) accepit libellum baptiſandoꝝ puerorū,  
atq; ad lectum egroti aſſistens, diu compressa, ac blesa  
voce quiddam ſubmurmurans, tandem ad id deuenit,  
yt diceret (& quidem ſonantiore voce) nominate pue-  
rum. ægrot⁹ ad ſe ſpectare, quæ dixiſſet sacerdos ratus,  
inquit. Lieber herr ich haſs Vurmhenſlin, hoceſt. mi do-  
mine ego vocor Ioannes vermiculus.

## De fatuo cuiusdam principiſ.

Donatus quidā fatuus, ſeu morio cuiidā principi ele-  
ctori in Germania, cū ſaþe obſeruantiū oculos fruſtraſ  
tus, & cuſtodientiū manibus elapsus p̄fugifſſet, tandem  
cōprehēnſiſ, principaliſ conclavi mancipat, ac aliquam  
diu inclusus cōp̄it ventriſ exonerandi moleſtia vrgeri.  
Vnde cū nec exitus pateret, nec vas aliquod in qđ caca-  
ret videret, in ocreas principiſ cacauit. Paulopof reuer-  
titur princeps, & ad venationē equitaturus induit illas,  
quas cū iniecto pede, foetore atq; ſtercore plenaſ cōpe-  
rifſſet. Fatue quis iſtud fecit, inquit. Ille confeſtim ſe ne-  
ſcire q̄s fecerit, & neq; ſe feciſſe affuerat. Tū princeps,  
& q̄s feciſſe potest p̄ter te, cum nemo aliuſ affuerit. Ad

## LIBER TERTIUS

hoc fatus. Oportet Regulū fecisse. Est eñ Regulus omnium mínima auicula, q̄ ibi in cauea detinebat, quam fatuus incusauit, tam grande stercus egesse.

De eodem.

Idem cū iuxta Salā, memorabile apud historicos Germanię flumē ohequitaret, fuit interrogatus ab eo, qui in aduersa parte fluminis equitabat, vbi flumē vadari posset. Respondit, vbiq̄ bene. Ille aut̄ verbis fatui fidē habens, cū in flumem equū adegit, profunditate illius pene absorptus est, & cū tandem ægre flumē superasset, q̄s̄ uit indignāter, cur se decepisset? Ad hoc fatuus. O fatuus & homo nihili. Anates ille huc ad me natauerūt illesae, tam infirmū animal, & tu cū tanto caballo nō potes?

De eodem.

Idem cū audiret apud principē suum quandā esse arcem (nisi fame ad deditiōē compelleret) inexpugnabilem. Cogitauit fatuus quō arcē expugnaret, atq̄ triduo sub munimentis ante portas ieunus delitescebat, & cū fame sua nihil proficeret, abiit tandem, principemq̄ mendacij arguebat, qui arcem fame expugnandam censeret cum ipse pene fame confectus, nihil effecisset.

De eodem.

Idem cū semel anserem incubantē interemisset, mox ipse ne oua deperiret incubationis officiū assumpsit, quē cum ali⁹ inclamaret, expressit primū sibilū anseris, atq̄ altero sepius clamāte. noli, inquit, clamare, ne terrore afficias mihi oua, q̄ minus pullos pducant. Dicunt mihi multa alia facetissima de illo, quæ nondū audire potui.

De duobus fatuis.

Duo fratres fatui ex queru pira decerpere cupiētes. conuenerūt, vt vnu ascenderet, atq̄ cōcutiendo demiseret, alter sub arbore colligeret. Et sum alter dū cōcū-

# FACETIARVM.

tiendo arbore, nihil proficeret (vnde enim pira produceret  
quercus) conquestus est ille, qui sub arbore erat & frater  
oia pira comederet, ut sibi nihil reliquum fieret. ecōtrario  
alter sup arbore cōquerit illū oia quae ipse p̄cipitet pira  
deuorare, vñ ex summa contentio ad verbera deueniūt,  
sed quō concordes facti sint, nondū habeo cōpertum.

Facetum rusticæ puellæ dictum.

Quidā nobiles cis Neccharū Sueviæ nostræ flumen  
præteribāt quasdā lotrices rusticæ, quarū ob nimiū fris  
gus pedes rubebāt, vnde vñus illorum cur tam rubent,  
inquit, pedes vestris? Respondit vna rusticarū, quia ignē  
habemus in calcibus. Iterū ille, Rogo ergo ut accendas  
mihi hanc meā virgulā, educendo virilia. Cui rusticæ, re  
iectis post terga vestibus, clunes ostendēs dixit. Age mi  
dñe descende, & suffla mihi in culinā meā pro excitans  
do igne, qui mihi iam extinctus est.

De sacerdoti, & monialī.

Quidā sacerdos mihi notissimus, & quē honoris gra  
tia non nomino venit in monasteriū virginū Vestalium  
Ille vecordis homo ingenij cū inter comedendū deside  
rio cacandi vrgeretur, neq; ausus desideriū suum signifi  
canter, proprijsq; verbis patefacere, loquit̄ cui dā sibi vi  
cinæ, q; esset iam sati prouectæ ætatis, hisce verbis (vt  
exoneratiōem honeste círculo queretur) vbi cōsumabo  
op<sup>o</sup> naturæ. Illa se de stupro appellatā rata, primis mox  
precibus annuere nolebat, pudiceq; negans dicebat. O  
tu es homo malus, sperans eū instatiūs petitur. Ille ite  
rum, atq; iterum repeathebat, necessitate vrgēte. Eia vere  
oportet me opus naturæ pficere. Tandē illa cum satisse  
cisse honori, ac pudicitie visa esset, illū manu apprehēsa  
in cubiculū deducit. Ille ad exonerādi ventris locū se de  
ductū existimās, præparat se. Ipsa vero stat ei morigeras.

## LIBER TERTIVS

tura, & eo iterū repetēte. vbi deheo p̄ficerē opus nature? ipsa tandem se in lectū collocauit, seq̄ denudauit, & cum se perperā intellectū sentiret sacerdos. Ego vellē libens ter rosas decerpere, inquit, Ita em̄ pueri apud nos docen tur honeste p̄tere exonerationē ventris. Illa vero maximo pudore perfusa, celeriter extra cubiculū līmē transis sit, ne ab eo cognosceretur. Ita ipse egressus, aliā sibi obuiam percūctatur verbis vulgaribus & notissimis, & fit voti compos, hoc idem ipse sacerdos mihi retulit.

De quodam concionatore.

Fuit qdā concionator in magno quodā oppido egius persuadendi magister, & eloquij maiestate gratiosus, cæteris vita peruersa, & int̄perantis, vnde pusillis multū offendiculū (qd' nostri scandalū ex græco vocat) posuit, ppter ea q̄ vt Augustinus ait. om̄i oratiōe maius pond<sup>9</sup> habet vita dicētis. Et cū huius rei admoneret, dice solebat. se cōductū, c. aureis singulis annis, vt cōcios naret, sed nec. cccc. acceptuīs vt quæ doceret facheret.

Cur rufi probi.

Cum nuper rufo homini illuderem, q̄q̄ prauæ existimationis rufi essent cōmuni puerio probarē. Responsit ille mihi, rufos esse om̄iū probissimos, eo maxime argumento, q̄ Christus deus solius rufi Iudæ Iscariotis (quem rufum pingūt) osculo tangi sit dignatus.

De imperio mulierum in viros.

Est Tubingē qdām p̄cerē stature, cui est vxor parua, sed q̄ ei dñetur. Ille cū trib⁹, atq̄ societas sua ī Caupona cōuenisset cū vxorib⁹ causa cōiuīādi, atq̄ publicē lāti ciæ hñdæ, cepit post cenā cū cæteris ludere in chartis lutorijs. vxor aut̄ eius indignata q̄ vir luderet, accessit stō machoſa, atq̄ abrepta violēter viro pecunia, chartisq; in terrā p̄cipitatis, p̄brosis eū verbis dehonestauit, s̄p̄tus

## FACETIARVM.

repetēs, venī mecū domū, q̄ te dīabolus auferāt. q̄ te dī  
perdāt. q̄ nīsī feceris cito, ego mei corpīs copiā alīcui ex  
literatīs faciā. Ad qđ ille nīhil aliud dīcebat, q̄ hoc. O  
q̄ molestæ sunt nobis mulieres, vel significatiūs. Ah q̄  
decepit nos dīabolus cū mulieribus. Qđ ego astans, &  
audiens dixi. O quā virile verbū, & animi magni plenū  
dixit ille, q̄ bene vindicauit ab iniuria oēm virilitatis &  
fortis viri honorē ille. Quod nunc adeo apud nos est in  
prouerbio, vt quicunq̄ vir imperiū mulieri cōcesserit di  
catur loqui virile verbum contra vxorem.

De puella deformati Georgius Vueselin.

Duo deambulātes obuiā habuerunt puellā parum ve  
nustā, qua viſa dīxit vñus ad alterę, vt puella audire pos  
set. Quis illā virginē non iure pulchrā affirmare posset?  
Ad hāc puella q̄ se derisam esse intelligebat, verum est,  
inqt, sed idē de te nunq̄ affirmaret. Cui ip̄e. posset affir  
mare si q̄s mentiri velle, vt ego de te sum mētitus.

De adultera confitente.

Quidā rusticus admiratiōe ductus, quidnā vxor sua  
esset cōfessura, se post sedilia sacerdotis occultauit, & cū  
illa cōfiteret, inter cetera adulterij se crīmē cōtaminatā,  
sacerdos finita cōfessione volēs absoluere eā, primū in  
cepit ab adulterio, Cui rusticus ex īsidijs p̄siliēs. Bone  
dñe, dīxit, ab alijs peccatis eā absoluas. ego em̄ ip̄se adul  
terij penā ab ea exigā, vt nulla alia pœnitētia opus sit.

De imperio ancillarum in sacerdotes.

Quidā cōcionator pascalī die, iocoſo dicterio, vt mo  
ris esse supius, declarauit, lāticīa & rīsum captare studēs  
dixit. Sí q̄s víroꝝ domus suā imperiū agat, ille incipiat  
primus carmē triūphale Christianæ resurrectiōis, & cū  
nemo id inciperet, & dominū domus sibi arrogaret, in  
cepit ip̄e ille sacerdos, dicēs ſe nīhil domi habere preter

Zz

## LIBER TERTIUS

felē, cuius ipse dñs esset. Futuro anno cū idē ad viros di-  
ceret eodē die, nec adhuc inuētus esset, qui id de se iure  
pollicerī posset, nec ego, inq̄t, nūc incipiā, cū mihi domi-  
sit ancilla, q̄ & iþe habent̄ impiosē in bonos sacerdotes

De puella simplici.

Quædā ancilla ab adolescētibus ad choreā inuitata,  
timens dñam, quę eius diuagationi difficulter assentire  
tur, intravit fanū beatę virginis, atq̄ ante illius imaginē  
genibus flexis suppliciter orauit beatā virginem, vt eius  
intercessiōe & auxilio apud dñam adeundæ choreæ im-  
petraret veniā. Contigit aut̄ ut casu intermitteretur cho-  
rea, vnde puella cōsternata, suspirans dixit. O si hoc scis  
uissim̄, preces meas dominæ virginis effusas ad aliam  
rem reseruassim̄. Hoc factū esse testatur Georgius Yue  
selin Ramanianus, & Schorndorffensis.

De insulso famulo.

Quidā hospites venerabiles ad cænā inuitauit. Et cū  
om̄es consedissent, deerat sal. qđ cum dñs vidisset, dixit:  
seruo stractori, & ministrāti. Affer mihi scalas iuxta co-  
lumbariū, quib⁹ allatis dixit. Pone ad latus mēsę, quo  
facto dixit. ascēde. Ille dū ascendisset. Aspice inquit, qđ  
mēsę desit. famulus sal deesse conspiciēs dixit. hoc sine  
scalis videre potuissim̄. Ad hoc dñs, sed ut posthac diligē-  
gentior, solicitor̄ sis, nūc te oīm ludibrio exposui.

De pediculoso.

Philosophus pediculosus, mihi notissimus, atq̄ fami-  
lliaris, cū vestes eius pediculis scaterēt, ob idq̄ a me ob-  
iurgaretur, dixit sibi non esse insolētes. sed audi, inquit,  
dum nuper ab Argētoraco in vngariā cōcessisse, quæ  
& iþa ferax est illor̄ vermium, viduisse pulcerrimā pu-  
gnam Elsatiorum, & Hungarior̄ vermiū in vestibus  
meis. Nam vt iþe vidi, semp inter se dissidebant, Hung.

# FACETIARVM.

garici tñ præualuerūt; maiores eñ & caudati erant;

De mercatore, & adultera eius vxore,

Erat Viennæ in Austria mercatori diuiti, & senio cōfecti vxor oīm pulcerrima, liberiq; cōplusculi, qbus adhibuit præceptorē scholasticū non vīloris formæ. Morē aut ī multis annis hīc obseruauit, vt relicta domi vxoris ipse mercator matutinis sacrī q̄tidie interesset. vnde viduo tam mane lecto vxoris, adulterādi cū adolescēte præbuit occasiōē, & cum id post aliquod tēpus non levibus īdicij suscipari cogeret, dissimulauit vīr prudēs suspitionē, donec quadā die in absentia vxoris, q̄ amico rū intererat conuiuio, opportunitatē esset nactus. Tunc eñ remotis arbitris adolescēti edulīa delicatiōra, vīnas q̄ oīm plenissima apponēs, iussit eū libere, largiterq; commessari. Cunq; eū vīno īcalescētem, penitusq; obrutū esse, adeo vt mētis inops fact⁹ fuerit, cerneret, his eū verbis allocutus est (nō nescius īuxta verbū Plinij, vulgo īā olīm vīno attributā esse veritatē). Adolescēs compertū habeo nō vulgariter, te stupri comertiū habere cū vxore mea, quod si mihi cōfiteberis libere, veniā & impunitas tem tibi & illi cōdonabo. Sin negaueris, nō patiar diutius te mendacē mecum conuersari. Cōfessus est adolescēs, omnēq; rei gestæ seriē aperuit. Cui mercator. Bene fecisti, & rem ætati tuæ cōgruam, & quāto post hac in ea re fortius insurrexeris, tanto rem mihi facies gratiorē. hoc vītu tamē rogo, vt me ī pīm Veneris tuæ exortē reliquas. Adolescēs nihil minus ad tēps ab instituto abstinuit, donec indulgētia ī eū mercatoris perspecta, timorē oīm deposuerit. Cum aut cōsuetū iter repetere cepisset, mercator huius rei explorator diligentissimus, idoneū nunc tēpus adesse cernēs, quo domestiq; iniuriæ finē impone ret, quodā mane infirmitatē simulās, non tam pīcibus q̄

Zz ij

## LIBER TERTIUS

minis apud vxore obtinuit, vt ipsa vicario opere matu-  
na sacra adiret. Quæ cū exire vellet idignati similis, ma-  
gno fragore foriū & impetu muliebri egressa est, non si-  
ne murmuratione, vt ita adolescentē experrectū, se, non  
maritū exiisse cōmoneret. Ille vero altissimo somino op-  
pressus, & sero euīgīlās, maritū ratus est ab iisse, more so-  
lito, quare nescius dolī in thalamū dñā properauit, atq;  
educto pene, mercatorē est amplex⁹, qui furtim se illius  
amplexibus subtrahēs, enormēq; baculum quē ad hanc  
rem comparauit arripiēs, in hæc prorupit verba. O ho-  
minū nequissime nōne satis superq; fuit, me meā vxo-  
ris potiūdæ tibi copiā fecisse? Vis ne mihi vīm tuā libi-  
dinis īferre, quod ne faceres post impunitatē delictorē  
tuorū tibi concessam, summāq; meam in te indulgenti-  
am, etiā, atq; etiā rogaui. & cum dicto baculū libra-  
uit, quo caput eius ita dedolauit, nec non & laterē com-  
pages, tam misere delumbauit, vt hūc semianimē in pa-  
uimēto cubīculi consternatum relinqueret.

De rustico Leonartus Clemens.

Quidā rusticus in pago Zuifuldensi, cui nomen erat  
Baltasar Lotharius in proximo a Zuifulda pago fabel-  
lam narrabat, cui vt fides haberetur ita confirmauit. Ni-  
si ita sit, auferat me diabolus, & mox conscientia menda-  
cij, & ita intra se territus reuocauit verba, atq;. Absit, in-  
quit, vt hoc pacto me hic deuoueam. nescio em quales  
apud vos hic sint diaboli, at illud scio, si domi, & apud  
nos sic iurare, q; nostri demones nihil mihi nocerēt.

De simplici rustico & ædituo. Vuernherus

Maierius Monasteriensis.

Rusticus quidā ad altare accedēs gratia eucharistię su-  
mēde stupefactus, os aperire obliuiscit, ad quē sacerdos  
bis vel ter ait. Aperi os, cum autē p̄e nimia simplicitate

# FACETIARVM.

non an̄ aduerteret, æditius indignabūdus dixit. Aperi os q̄ diabolus tibi bñdicat, vt nostris mos est, imprecan di alicui cibū vel aliud, quod ad maximū omnes risum incitasset, nisi sacrum illud tempus vetuisset.

De somnolēto seruo. Matthias kretz licatius.

Famulus quidā Cauponarius die quodam ad meridi em vsc̄ dormiebat, officiæ sua seruilia negligebat oīa ob quā rem pater familiæ iratus, magno tandem clamore eum ex pergefecit, cunq; ille surrexisset, cur, inquit dominus, somnolente asine in tam longum diem dormis, & quæ officiū tui sunt nō curas? Respondit famulus. Ego ante quattuordecim dies in balneo fui, vnde mihi igno scendum duco. Assolent em, vt compertū est, homines post balnea grauissimo plærūq; & longo quidem affici somno. Id quod etiā mihi hodie contigit. Ad quod dñs O bone sodalis, si tam longo semper tēpore postq; bal neaueris te dormire oportet, non eris mihi idoneus ser uis, quare euestigio te e domo alio proripiās.

Inepta cuiusdam inuitatio.

Quidā volēs inuitare vicinū ad prandiu, suaq; opiniōe egregiā hospitalitatī op̄ exercere, ita dixit. O bone vis cine veni hodie in domū meā, & mecum prāde. Si em edus lia tecū appaueris, nō nisi ad vini solutionē te cōpellā.

De faceta responsione cuiusdam studiosi Ios

annes Romingius Mindulanus.

Quidā quæ situs in examine magistro, cur canes sub lato altero pede posteriori meierent, Rñdit, ne sibi vrina calciamēta cōtaminet. De ebrio.

Quidā ebrius dum noctu iuxta aquas ex cannalibus profluentes minxisset, cum labentis aquæ strepitum, & murmura audijisset, continua nocte stetit, credens se vrinam emittere, atq; illius strepentis sonum audire.

Zz ij

# LIBER TERTIYS

Sequuntur nunc facetiae de ineptijs,  
& ignorantia sacerdotum.

De quodā Vlmēsi sacerdote. Leonartus Clemēs.

Fuit Vlmæ sacerdos indoctus, & in re literaria parvus instructus. qui dum in cōmissio sibi facello (quod sitū est illuc extra portā beatæ virginis, tāto itinere quāto Caluarie locus, ubi Christus crucifixus est ab Hierosolymis distituisse fert, proinde ad requiē dñicam dictū) in die Paracœues, ut fit, imaginē Christi crucifixi in sepulcrū in magna populi cū religiōe spectantis frequētia posuisset, ac ceptaq; acerra sollicitate cogitaret (nam nōnulli etiā sacerdotes aderant) qua oratōe, qua ab illis collecta dicit, inter thurificandū vti deberēt, mox elata voce in ea verba prorupit (gaudens vt ipē putauit se optimū modū intine nisse) Deus indulgentiar̄ dñe da anīam famuli tuī summi pontificis, cuius primū depositōis diē hodie agimus refrigerij sedē, quietis beatitudinē, & veri luminis claritatē &c. populo ob deuotionē suspirante, sacerdotes ob sacerdotis ruditatē in summū sunt risum effusi.

De alio.

Mos est eorū sacerdotū, qui tpe congruo passionē dñi cā artificiose in fanis sacris decantāt, vt yba Christi expressimētes, pssa vtant̄, & graui voce, vti faciūt viri graues Iudeorū aut̄ verba vtputa tumultuantū & rabidoꝝ, horrido clamore eructēt. Ecōtrario fecit quidā sacerdos in alpibꝝ nostris in pago noīe Vrspringa ppe Gyflingam oppidū. Nam dū Iudæi loquebant̄, pressa voce vſus est, qđ audiens corā Ioannes Cassellius Gyflingensis sacerdos dixit ad Leonartū Clementē. Iudæi profecto matre, & grauiter loquuntur, nulli dubiū quin iudicū sibi partes arrogent̄. Cum vero ventū esset ad Christū, acutissime vociferabat sacerdos. Ecce inquit Cassellius, Chris-

# FACETIARVM.

stus implorat iusticiam, atq; iudicis officium.

De pedello Viennensi. Paulus Hug.

Quidā doctor sacerdos Viennæ in rectorē Gymnasij erat electus, is suæ facultatis iuridice apparitorē, quē pellū vulgo noītant, in negocījs tam diuinis, q̄ hūanis comitē habere solebat. & cū pro more suo sacrificiū deo oblaturus esset, atq; Cōfiteor perorasset, Pedellus vt rectori suo celebraturo ministratus iustum, & meritum titulum tribueret, Misereatur, hisce verbis dicebat, Misereatur om̄ipotens deus magnificentiæ vestræ, & pere ducat vestrā magnificientiam ad vitam æternam. Ignos miniæ loco dicens, si rectorem in secunda persona, atq; singulari numero conueniret, non perpendens in oratiōne dominica se orare. Pater noster qui es in cœlis.

De sacerdote peruerso. Romingius.

Quædā puella cum de pphanata virginitate petulātiaq; inexhausta sacerdoti cōfiteret. Ille incōtinētia eius atq; corpis forma egregia p̄motus exarsit in eius amore atq; ad eā ita dicit, si id meū post pascha perpetrare volueris, ego te absoluā. Annues puerilla, r̄ndit. Tradita est vobis potestas oīs ligandi, & soluēdi, fiat ergo volūtas vestra. sacerdos eā absolutā dimisit, sed anteq; præteriū set annus illa grauida facta puerō eum donauit.

De alio,

Cum Parætianus Jettingēsis cis Mindulā flumen in facie ecclesiæ (vt eorū more loquar) matrimonii contra cū firmare vellet, iam ab utroq; fidē sacramēti sumptu rus, maritū interrogauit in hæc ȳba. Cōrade qđ est tibi nomen. Conradus cū maximo astantiū risu, vt dícis, inquit, vocor, nomen enī meum tu ipse pronunciaſti.

De alio.

Sacerdos erat Vlmae indoctus, qui cum horas cas

## LIBER TERTIVS

nonicas orare nesciret, semp pro illis octo vel nouem psalmos legebat ex ordine. Alter vero pro psalmo quereptore nequibat, oratione dominicâ orabat. Alius Tubingæ hoc anno scilicet, M. D. XIII. cum in die diuini Martini legeret euangeliū, & ita esset scriptū, lectio euangelij scđm Mar. legit ipse, lectio euāgelij scđm Martinū. Alius, archisimagog⁹ legit in matutinis p archisimagogus.

De alio,

Vnus sacerdos aliū absoluturus, cui plures essent liberis, & proinde res domestica tenuis & angustissima, dixit, hanc tibi absolutionē canonīcam accipias, vt cunctis diebus tuis, q̄bus militas in terra hac, in sudore vultus tui comedas panem doloris, & in valle lachrymarum, de torrente in via bibas, donec in omni tribulatione, & angustia vitam cum morte commutes,

Qui sunt lætissimi, qui liberrimi, qui insanissimi.

Scripsit nup homo quidā doctissimus, oīm videri sibi lætissimos sacerdotes, qui etiā in funere, & iuxta mortuos canerēt, atq̄ monachos qui diu, noctuq̄ psallerēt, & cū hæc oīm dixissem inter laicos. Subiūxit alter sacerdotum mortē sibi lætissimā videri, vnde quattuor ḡna lætent. amici de hæreditate, alius sacerdos de bñficio, vermes terrestres de cadavere, & dæmon de anima, hoc exco gitarūt quidā maledicti laici, qui antiquorum testimonio oppido q̄b infestū sunt clericis. Liberrimos médicos, qui bus solis liceret hoīes impune occidere, homicidiūc cū alijs capitale esset, medicis etiam mercedē afferret. Insanissimos postremo meros grāmatistas, qui nec ipsi prosam orationē, nec carmē pangere idonei, solum in alienis librīs sint oculati, atq̄ diserti, quiq̄ p trib⁹, vel quatuor vocabulis, tanq̄ pro fociis, aris, atq̄ sanguine tam insane, & pertinaciter inter se digladiētur, vt nō maiori

# FACETIARVM.

Tonatu Turcarum imperator Rhodios olim oppugnat  
uerit, q̄ illi quos sibi fingunt aduersarios. Illi ipsi cum  
tres quattuorve, aut ad summū sex voculas ab alijs aut  
neglectas, aut frigide interpretatas offendent, tanq̄ grā  
corum omnīū eloquentiae antestent, & quasi in trium-  
pho omnīū scriptorum ingenia ducere videantur. ma-  
iori apparatu currū triumphalem sibi decernunt, q̄ Ale-  
xander Macedo, qui totum orientem subegit.

De illiteratis sacerdotibus & monachis.

Sebastianus Kefer Ramasianus.

Est sacerdos nō procul a Ramaſia flumine, qui cum  
superioribus diebus per fenestras, coeli videndi gratia,  
an vel serenū, vel pluviōsum futurę eſſet proſpexiſſet, di-  
xit ad ſuos cōuiuas. nō ſine ſumma iniuria grāmatice  
ſanctionū, & cum letali vulnere Prisciani. Cœlus clarif-  
ficat ſe. Voluerat em̄ ſignificare cœlū ſerenū, & ab aeris  
intēperie alſenū fore. Idem nup quæſitus, cur trinitas  
eſſet generis foeminiñi, cum tñ nulla in ea mulier foret,  
Rñdit ſe neſcire, ſed huſus dubij explicandi & diſcendi  
gratia ſeſe olim ad aliquod gymnaſiū recepturū.

Idem de fratribus illiteratis.

Cum nup in quoddā cœnobium peccatorę confiteorę  
gratia veniſſemus, & in cœnaculo varijs de rebus verba  
facerem⁹, dixit vnuſ ex monachis. Maneat vnuſ vestrū  
intus & conſiteat. adiecit alter qui apud illos fratricellos  
doctiſſimus p̄dicabat. Vos cæteri abimini, & iterū,  
atq̄ iterę repetiuīt abimini, cū abite diceſ debuiffet. Cui  
alludit factū alterius fratris, qui cū exactis diebus inter  
interpretandū illam partē Bibliæ. Et comedit Adā de po-  
mo yetito, ita vernacula lingua exp̄ſſit. Vnd Adam hat  
gessen von ainem ſt̄inckēden apffel, id eſt de pomo fœti-  
go, neſciēs differentiā inter yetitū & fœtidū, Iccircō ve-

## LIBER TERTIVS

missum est illud dictum. Quāuis ecclesia habeat aureos  
nūc calices, ligneos tñ sacerdotes magna ex pte. Alius  
cū in Ruttinga oppido fierēt lustratiōes agrorum, atq;  
supplicatiōes. in die ascensionis dñicę, vt moris est, & in  
quattuor locis, q̄ttuor initia euangeliorę legerent, signa  
tum q̄ in libro esset, legat vnu euangeliū apud patibulū,  
legit sacerdos cum ventū esset ad patibulū, initiū sancti  
euangelij sanctum Ioannem ad patibulum.

De alio.

Cū diebus vacationū caniculariū An. dñi. M.D.XI.  
secessissem a Tubinga Zuifuldā, atq; ibi apud Leonhar-  
tum clementē facetias concludere vellē, venerunt literę  
ad Leonhartū, dum in cōsilio plures sacerdotes essent,  
a quodā stationario (vt cū vulgo loquar) sancti Valen-  
ti, quaꝝ tenor ita sonabat. Ego petitor sancte Valen-  
tini compaream in ecclesia vestra dñica die in vespere.  
Idio dignitatē, ac venerabilitatē vestram rogo, quatinus  
in cācellis populo pmulgare volueritis, vt cōparere vo-  
uerint subditī vestri ob honore indulgentiarum & reli-  
quiæ, quia etiā præsentant vobis reliquia sancte Valen-  
tini. Vobis etiā constat, q̄ ita in vsu habemus.

In fine. Petitione sancte Valentini.

Ego postq; has literas vidisse, ad literā ita, vt vides  
scriptas, dixi. O q̄ malā grāmaticā habet hic sacerdos  
in sua villa, credo q̄ illī Prisciano null⁹ sit relictus prin-  
cipat⁹ q̄ scribit, sancte Valētini, cōpareā pro cōparebo.  
idio pro ideo, reliquiæ pro reliquiarū, & reliquia &c.

De sancto Nicolao, & quodā equū ei vouēte.

Dicitur mihi pro vera historiā, in Bauaria nobilē cum  
seruo ille prædatū, hostesq; eos ad Danubiū vsq; fuisse  
insecutos. Et cum seruus trans flumē facellū sancti Ni-  
colai vidisset, voulisse illiequū si in columnis modo Danu-

# FACETIARVM.

Vtum transalasset, atq; adacto equo flumen superasse, nobilem vero periculi magnitudine substituisse, atq; captū extremo supplicio affectum. Cum vero seruus voti meus mor, è quā in facellū vī compulisset, dicitur ibi. x. aureos sancto Nicolao obtulisse pro redimēdo equo, quē tamē nec vi, nec aliquo modo potuisse abducere de fano, quare alios insuper. x. adiecit, sed nec tunc profecisse, timore tandem insequentium. xl. contulisse, & mox equum fuisse egressum. Ad quod seruus, urbane. O sancte Nicolae, inquit, q̄d difficultis, & durus es equorū permutoꝝ ut multos rusticos in hac re tractabiliores reperias.

De Melchiorē morione Adelbergensi, hoc est

montis aquilæ vel aquilinī montis.

Melchior morio dñi mei doctoris Leonharti dūr abbatis Adelbergensis iam cōfectus senio, sed parū crescēs in prudētia, cum quidā villanus sacerdos secū caniculā in monasteriū duxisset, illæ inq̄b Melchior irritauit canē, & tandem sublati vestibus ostendit nates caniculę, dicēs morde, vel linge potius mihi culū, canis aut anīata per sacerdotē inuasit mordic⁹ nates fatui, at qđ ille, cessa in hoīe diabolī, fuit mihi iocus, sum tecū iocatus tantū. Et cū nuper quæsiſsem ab eo cur irritasset canē ad se mordendū, per deū, inquit, non serio sed tantū ioco feci. idē cū olim ad culinā abbatis esset recept⁹ in seruitiū cōcos rum, nolebat manere, dicitās nullas ibi esse ferias, qm̄ etiā festis diebus esset necessariū coqui. audit aut libenterissime ferias per sacerdotes denunciari, dies aut iejunij alicuius summa cū indignatiōe, quāvis nihil iejunet, & sp̄ ferietur nūc multos annos ob reuerētiam senectutis, q̄ si audierit in ecclesia sacerdotē denunciare aliquod ieiuniū, execratur illū publice, sonoraq; voce. Ego cū olim essem in prādio Adelbergæ ybi antea nunq; fueram, &

a ij

## LIBER TERTIUS

Melchior cōsideret mihi, vt i semp est in mēsa dñi, dum tacitus & fronte ad grauitatē cōposita sederet, bene vestitus, & canicie venerabilis credebā esse vnū ex pfectis domus, vel cellæ vinariae, donec abbas dixit, Melchior, hic dñs affert nobis crastinū dīem esse ieunio celebrandum, ad qd Melchior me alloquēs, qs diaboloz te huc portauit, qd dīj te perdāt si nihil attulisti nisi ieuniū, potuisti bñ foris mālissee. Būbit aut libenter vīnū, sed ægris oculis videt alios largiter bibere, & cū quis ita biberit, solet dicere, remētere, rementere (credo qd aliqñ audierit dīci recenter, pquo ipse intellexit remētere.) & sp addit intres (intelligens potū) in noīe omniū mille diaboloz. Cum vero cōspexerit aliquē rusticū aduenā, querit mox quid negotij habeat, & cū audierit illū aliquid velle habere a dño, psuadet esse abeundū, dum nulla possit hoc tpe haberī facultas cōueniendi dñi. si vero dīdicerit rusticū apportare pensionē aliquam, frumenta, vel simile mox arrepta eius manu ducit eū ad dñm, post aliquot vero horas accedit rusticū, atqz explorata eius patria, ad monet esse abeundū, quoniā nisi abeat cito, non posse eum illo die, & sub luce domū repedare, timens ne per noctem hospitetur in monasterio.

### De eodem.

Mos est apud germanos, vt in dīe ascensionis dñicæ, imago crucifixi iam triūphantis eleuet, cum canticis a terra usqz trans tabulata supiora tēpli, in memorī & figurā ascensionis dñi, sed cū Melchior semel ascendisset in Adelberga ad illa tabulata, inuenissetq casu illā imiginē, quā ipē ad cœlū ascendisse credebat. Dixit nō sine exercitatiōe. Tu pessime nequā & impostor, quid hic accessus quē hoīes credunt cœlos ascendisse. o deceptor maxime, qd hic delitescis, atqz ad imā terrā deiſciens illam

## FACETIARVM.

In multis partibus cōfregit, Cantharopolis vero erat  
reditus, qui cum iuuenes illo ipso die in elevatione nostri  
Saluatoris cunctarentur ultra quod ipsi congruum videbat, pa-  
lam exclamauit ad illos, eleuate eum, intelligens Salvato-  
rem, in nomine omnium diabolorum, quod ipse non fecit in deho-  
nestamentum dei, sed illos qui ita cunctabantur.

De alio Morione.

Quidam fuit morio in algea, seu Vindelicia sub domi-  
nio episcopi Augustini, & cum semel episcopus Foedericus comes  
Zollrein, transiret villam in qua ille habitabat, rogauit Moro-  
nem episcopum, ut eum tunica donaret, episcopus iussit eum venire  
Dillingen, ubi sedes eius est, ad quod fatius. sed si tu domini  
non fueris, dabit ne mihi vxor tua? credens episcopum enim habere  
bere vxorem, episcopus ridens, dabit tibi, inquit. Idem cum semel  
ad Kouffbeiren oppidum, in baculo equitaret, postquam ve-  
niisset in oppidum, dictabat se aequum fessum esse, ac si per  
dibus iter fecisset. Idem cum in eodem oppido ab aliquibus  
fuisset illusus, atque irritatus, baculo quo exasperauerat mul-  
tas figula cuiusdam ollas, atque fenestras quasdam, quas attin-  
gere potuit, in iracundia discussit, atque cōfregit. postea ve-  
ro cum ira eius resedisset, atque aliqui eum de furore nimio  
corriperent, dixit furor non esse suum, sed totum equum sui,  
quem sciat postquam irritatus fuerit, nimium insanire, & hanc  
omnia ex mera simplicitate protulit.

H. Bebel. Matthiae Schurerio olim conphilosopho  
suo in academia Cracoviensi apud Sarmatas. S. D.

Mirabile mihi visum est. Mattheus humaniss. quod mis-  
surus tibi facetias correctas cum xix. die Maii. Anno  
domini M. D. XIII. adderet lepores Melchioris Morios-  
nis, postridie mihi affert, eum quasi quodam fato, eodem die  
migrasse ad patres, qui cum domino suo fuerit gratissimus,

a iii

## LIBER TERTIUS

& summo solatio, mihiq*ue* iucundissimus suis illis studiis,  
sed tñ gratiosis cõfabulationibus, ego eñ epitaphio ora-  
nau*i*, vt effusius aliquñ rideri possit. Et cñ nulla in eo fue-  
rit sapiëtia, ego tñ eum sapientissimū, & pindre fœlicissi-  
mū nō ab re finxi, oës eni illi, qui haberi volūt sapiëtes  
varijs hic crucian*e*, & afflictant*e* curis, sollicitudib*us*, &  
molestijs, vt libidini obtéperent sui a*i*, hi diuitijs, alij ma-  
gistratibus, alij honoribus, cæteri cæteris cupiditatibus  
inhäates. Vñ neq*ue* quieti, neq*ue* fœlices dici vñq*ue* possunt,  
taceo eor*u* vitâ oïno pículosam esse tâ hic, q*u* alibi, meli*o*  
aut cū Morionibus agit*e*, qui hic nullis molestant*e* curis,  
& affectibus, alibi aut certissimâ hñt in cœlo definitâ se-  
dē, vbi sempiterna beatitudine fru*ui*, vt oïm doctor*u* scho-  
la cõfiteret, pindre ē sñia Sophoclis poetæ in Aïace nō mi-  
nus y*a*, q*u* prudètissima, ἐπ τῷ φρονεῖν γὰς μηδὲν ἔδισος βίος  
τὸ μὲν φρονεῖν γὰς καὶ τὸ ἀώδυνον κακόμ. i. in sapiendo quidē-  
nihil suauissima vita est, nā nihil sape doloris expers est  
malū. Tu vale, & facetijs Melchioris hæc adiunge, Ex-  
Tubinga die xxviij. Maij Anno dñi M. D. XIII.

Epitaphiū Melchioris Morionis Adelbergensis.

Qui fueram domini curarum grande leuamen.

Hospitib*us* gratus, fabula, sconna, iocus,  
Exhilarans etiam ruralia pectora verbis,

Cuius ridebant fœmina, virq*ue* sales.

Melchior hic iaceo mortis religatus habenis,

O mihi q*u* magnus somnus habendus erit.  
Inuida me superis rapuerunt fata, q*u* essent

In cœlis hilares, insolitiq*ue* ioci.

Attamen haud maneo, si sint ieunia dicta

His turbis, propere sed remigrabo domum.

Atq*ue* meum repetam Leonhartum gressibus ampli*o*

Illijs hospitio tempus in omne fruens.

# FACETIARVM

Sed si festa dies cunctis agitabitur horis,  
Abbas semper erit Iuppiter ipse meus.  
Insuper hoc etiam caput, o mi Iuppiter abba,  
Lætifices dulci nocte, dieq̄ mero  
Sic valeat tellus, abbas Leonharte valeto,  
Festa mihi Iouis, & prandia lauta placent.

XXIII. die Maij Anno dñi M.D.XIII.

Aliud eiusdē in Elysio campo emissum ab eodē.

Melchior hic ego sum latus, si chare viator  
Disquiris causam, carmina pauca legas.  
Vita nocens nulli, nullis mens percita curis,  
Cœlica me annosum misit ad astra senem.  
Morio doctus eram, sed non sapientior vllus  
In terris animans, qui ratione vget.  
Qui vere Solomone fui solomonior ipso,  
Si mihi sic licuit verba latina loqui.  
Nil admirari, vera est sapientia, vera  
Vita beatorum, sic docuere sophi  
Sternere diuitias, dulces contemnere honores  
Stemmata nobilium, regia sceptra ducum  
Atq̄ nihil metuisse, nihilq̄ libidine spurca  
Vexari, hanc vitam dixeris esse deum.  
Iis ego curarum furijs (o fure beatus  
Et sapiens,) carui, dum mihi vita fuit.  
Et quod præcipuum, in coelis mihi sella parata est,  
Hic ubi cum Christo regis honore colar,  
Sed vos o miseri curarum mole sepulti,  
Et furij acti scenoris, & Veneris  
Vixistis mundo, multo discriminé vītæ,  
Quæ merces posthac vos ratio ipsa docet.

a iiiij

# LIBER TERTIUS

Dic mihi tu Solomon, vbi te sapientia liquit?  
Turbida vita fuit, nescio nunc vbi sis.  
Sola quies igitur vita, facit esse beatos  
Integer & sceleris regna signa petit.

## De Ioanne Morione Zuifuldenisi.

Ioannes Morio & fatuus Zuifuldenis, & domino meo  
Georgio abbati ad recreationem in primis gratus, cum se  
mel vituli quem amiserat querendo, in deuinis sylvis per  
noctare cogeret, venit prope eum noctua, qui suo clamore  
clamabat vuegg vuegg. Et quoniam via in vernacula nostra  
vueg vocatur, credidit ipse volucrem sibi viam monstrasse vel  
le. quare conuersus ad illam. Cur non inquit, in nomine diaboli,  
mihi illam monstrasti dum esset dies. Nunc enim in tantis tem  
nebris quo perga: non lange post venit ceruus prope eum,  
qui folia arborum decerpibat. Ad quem Ioannes qui iam  
esuriebat, si fami tuae, inquit, medenit, faciam & ipse parer,  
atque foliis arborum famem sedauit. Multa alia fecit, hos  
dieque facit, qui scribi non possunt. Est autem iam septuagena  
rius vel ultra, sed quotidie in stulticia crescit, ut crede  
res cum aetate simul in eo fatuitatem inualescere.

Plaudite, & valete Ioannes Morio Zuiful  
densis facetias conclusit.

Paulus Hugo ad lectorem, in apophlegmata  
Henrici Bebelij Poetae urbanissimi.

Si quem forte iuiant risus, urbanaque verba  
Hoc opus assidua perlegat ipse manu.  
At vos iste procul Critici, procul ite proterui  
Et quorum pectus craessa Minerua tenet.  
Vos etenim sat erit gracis ridere Kalendis  
Hirta ue prosequitur, quando capella lupum.

# FACETIAR VMA

Vos & erit ridere satís cum pandus asellus.

Pulsaret resonæ plectra canora Lyræ.

Non ego Democriti risus collaudo perennes

Heracliti a lachrymis quando reprehendo suis

Inter perpetuos fletus, risusq; perennes

Virtutis medius dicitur esse locus.

Vir grauis interdū solet arte remittere frontem,

Et dulces hilari voce referre sales.

Vultum terrificus non seruat Iuppiter vnum

Molliter interdum ridet Apollo bonus.

Non vnam faciem semper gerit astrifer orbis,

Et nūne non semper terra sepulta facet.

Nec vultum semper retinebit vir bonus vnum,

Temporibus vitam commodat ipse suam.

Res tractare graues facie solet ille Catonis,

Consilio pollens, & grauitate potens.

Inter res risu dignas, mensamq; nitentem

Ridiculo condit fercula saepe ioco.

Quid memorem risus Poeni iurantis ad aras,

Ipse tuos Macedo mitti Philippe sales.

An ne tuos Cæsar risus Auguste tacebo;

Mordaciq; ioco, pungere doctus eras.

Digne sed puero fueras irrisus ab hoc, qui

Dixit in vrbe suum saepe fuisse patrem.

Secli sed labor est exempla referre vetusti,

Humanos cunctos, & meminisse duces.

Id generis passim poteris reperire magistros,

Namq; ferunt tales tempora nostra viros.

Bebelius, solidus Germanæ laudis amator

Librum concinnum muneris huius habet,

Tempore q; multo fascem congeffit in vnum,

Imponitur libroq; ultima lima suo.

# LIBER TESTIVS

Dignus ut inter doctorum coniuia serpat,  
Concinos lerido spargat, & ore sales.  
Ergo quisquis eum mercaberis ære libellum,  
Bebelio faustos vscq; precare dies.

Carmē Ioanni's Hyphantici Vueissenho  
rensis in facetias Bebelij.

Quem faciles risus, Milesia dicta, lepores,  
Fabula, sccomma, sales. & ioca grata iuuant.  
Qui lusus lepidos, dipterā, ludicra, mores.  
Instructis epulis quæcq; iocamur, auet  
Dulcia præsentis relegat ridicula librī,  
Quem modo Bebelius vulgus adire sinit.  
Discedant tetrici caperata fronte Catones,  
Et facie cædat hernica turba graui.  
Non sua res agitur, farrago codicis huius  
Perpetuo risu concelebranda venit.  
Naribus excussis, & ducta fronte, proterui  
Censores carpent (auguror) istud opus.  
Clamabunt nihil est, nequeo ridere profecto,  
Quid dicit: lepidos non mouet ille sales.  
Scribere conetur melius, qui talia garrit,  
Sicq; laborificum comperietur opus.  
Namq; iocos patrios latialis sermo recusat,  
Plurima theutonice pulchra, latina minus.  
Nec si nasutus quicq; despexerit, odit  
Quilibet, & placita non sua cuiq; placent.  
Ingenium discors tribuit natura creatis,  
Et varias mentes vñus & alter habet,  
Diuersos diuersa iuuant, quæ spreuerit vñus  
Alter amat, cunctis nemo placere potest.  
Noxia bilis inest alijs, quæ tristia suadet  
Omnia, nec mentes exhilarare sinit.

# FACETIARVM.

Contra splen petulans, & pulmo mobilis addit  
Perpetuos alijs, & sine fine iocos.  
Omnia continuo traduxit temporarisi,  
Democritus singens ludicra cuncta sibi.  
Ast Heraclitus lacrymarum fonte perenni  
Fleuit, & est miserum quiequid in orbe ratus;  
Vix semel ad risum tribulis depastus asellus  
Commouit Crassum, splene minore senem.  
Et varijs motus animi discrimina ponunt,  
Vt ioca mœsta tibi, tristia læta putas.  
Valdus arridet lætatus munere Bacchi,  
Qz cui infesta sitis tristia corda premit.  
Iudicium variat tacito, qui pectore curas  
Versat, & eruminis corda sepulta gerit.  
Obtulit at si cui se dulcis amica videndam,  
Hoc sibi cuncta putat esse iocosa die.  
Fabula temporibus certis iucunda refertur,  
Et magis electo tempore scomma iuuat.  
Non semper citharae cantus non fistula grata est,  
Res nisi legitimo tempore nulla placet.  
Adde qz & gestus, & verba mouentia multum  
Afficerent, quorum pagina muta caret.  
Finge legendi tibi prædicta, solutiū æqua  
Ridebis, lepidos tam mouet ille sales.  
Et tecum Vatem defende scholastice, quando  
A Criticis carpi percipis eius opus.  
Viro venerabili, atqz sibi amicissimo Georgio  
Herman, Canonico Augustæ ad sanctum  
Mauricium, S.D.P. H.Bebelius.  
Vm sis homo Georgi oīm charissime ad liberas  
Litatem natus, oīm doctorum, atqz studiosorum  
amator singularis, hospesqz iūcūdissimus, quod

ego ipse expertus sum, non sine impensa tua, indignum  
duxī, vt nullū in lībris meis locū oīno haberēs. Sed cum  
iam nullum offeratur argumētū idoneū, nullacq; satis  
efficax occasio, ne nihil oīmino facerem, volui nunc sub  
tuo nomine iocari in eos qui sine fronte nihil non audēt  
quicq; in cōlū se scandere pollicētur. Eorū eīmī impuden  
tia taxanda est, qui astrologiā profitentes, mirū immos  
dum in dierū obseruatōe & iudicio errant, vt quē serenū  
dīcant, illū maxi me pluuiā occupet, adeoq; cōtrarij sint  
inter se in iudicijis, vt nihil magis sit alienū a veritate, q̄  
eorū prognostica, vnde non obscure declarat̄ rerū futur  
rarum euentū, non volo in firma mēto cōeli, sed in eorū  
numeris, nō contineri, his nugis & strophis motus, Dos  
torem Henricum Ritter Starrenvuadel vulgo appellis  
tatum, tibi olīm notum, existimō cōmendandum. Qui  
cum haberetur imprudēs & Morio, in hoc tamē prudēs  
tissime egit, q̄ cū alij ex astris futura p̄dicerēt, īpē se serio  
præteritor̄, Vatē atq; diuinatorē predicabat. Ego itaq;  
tam huius exemplo, q̄ aliorū mendacijs ad monitus, ve  
ram affero practicā, vt ita loquar, quæ in oēs annos dus  
tatura, procul abest a mendacio, quam vt effuse rideas,  
tibi vni dedicauī nūcupatim, adiunctis etiam Henrich  
manni tui, immo nostri, prognosticis, quæ vt ille tradus  
xit ex vernacula nostra, ita ego dictitatē mihi quodam  
amico ex Ethrusca lingua. Reliquum est, vt summo des  
iderio desiderem semel tecum esse, vna cum Henrich  
manno tuo, & Michaele Coccinio, cum quibus optime  
agitur, qui relicta Tūbinga fœlicius, melioriq; sorte vi  
tam agunt q̄ apud nos. Condītio pīnguis, & honestissi  
ma alterius tibi nota est. Michael autem nuper cum hos  
nore, & gloria ex Italia in patriam repedauit, secretari  
us & cancellarius vīcarij & gubernatoris, vel vt cū vuls

# PROGNOSTICON

go loquar locum tenentis ducatus Mutinensis, allatis secum quattuor historiarū librīs, quo s de motibus bellorum nostræ tempestatis in Italia tam verissime, q̄ elegantissime conscripsit. Vale, & literarum, literatorumq; patronū, atq; prīcipem, decus & ornamentū tam Suevorum oīm, q̄ Augustensis, Conradum Peutingerū saluum esse meo nomine iubeas. Iterū vale ex Zuifulda. vi. Kāp. Augustas Anno dñi. M. D. XII.

Prognosticon ex Etrusco sermone in latinū tradūctum ab Anno dñi. M.D.IX. vīcī in finem mundi.

## Prīma Propositio.

In hoc, atq; futuris annis crescat vīnū & trīticum, lessentq; hoīes multa genera frumentorū, tīmedū tñ est secundū sententiā Halī Habenragel, ne parum congregent, qui prædijs carent, aut seminare obmiserunt, nisi aliorum possessiones inuaderē velint.

## Propositio secunda.

Per oppositiōem Saturnī cum Marte indicatur præciosius futurum trīticum q̄ milīum, & milīum acceptius q̄ lolīum.

## Propositio tertia.

Eadem & euidentiori ratione suspicandū est minus, & tenuius frumentum collectum iri in montib; q̄ plānicie, ea etiā de causa q̄ minus seminis cōmittetur montos prædijs propter siccitatē & lapides.

## Propositio quarta.

Frequentiori in vīsu erit panis trīticeus q̄ milij.

## Propositio quinta.

Alcīndus item tradit, plus vīni extorqueri de vīnis, q̄ pīris & alijs fructibus, & si vīa nō bene maturuerit, erit vinum acerbum.

## Propositio sexta.

Vīnum Cretense, quod Malmaticum vocat, charius erit, q̄ vinum vernaculū, erit etiam melioris saporis. hoc

# PROGNOSTICON

qui libet bibens testabis, nisi Iesum oīno fucrit palatum;  
Plus itē iuuabit naturā hoīs q̄b nostrū. Nam mane sum-  
ptū stomachā confortabit, meridiē refrigerat corpus, ve-  
xperi sítim extinguit.

Propositio septima.

Caveant sibi quorum arbores arefactæ sunt in præ-  
dijs eorū, quia fructus non producent propter lunę op-  
positionem.

Propositio octaua.

Plus vescentur homines piscibus, & leguminibus in  
imense Februario, & Martio, propter observationē qua-  
dragesime, q̄b alijs temporib⁹ anni. In rariorī tamē vſu  
erit piscis apud pauperes propter respectū Aquarij con-  
trariū pecunie, vt notat Albumasar in quarto tripartiti.

Propositio nona.

Propter altercationē quorundam signorum coelestium  
sciendū res quasdam nocuas futuras vſui humano.  
Ad cauendū hunc influxū abstinebis ne lapides, & pa-  
leas deuores.

Propositio decima.

Tempore belli caueant belligerantes vtriusq; partis,  
ne vulnerentur. timendum em̄ ne aliqui moriantur, q̄ si  
moriantur, non facient amplius bellum, vt conueniunt  
omnes astrologi.

Propositio undecima.

Ciuitates Italiae Roma, Florentia, Sena, cæteræq; os-  
mnes erunt in h̄sdem locis vbi exactis temporib⁹ fu-  
erunt, & hoc secundum sententiam Ptolemæi,

Propositio duodecima.

Mul̄i vagabuntur per diuersas regiones, & loca longi-  
gina. aliqui tamen in propinquō manebunt non ul-  
terius progredientes propter penuriā viatici, aliqui vero  
procedent non timendo latrones propter diuitias con-  
quirendas.

Propositio tredecima.

Propter solis ascendentem in leone, iuxta Hermetis  
sententiam, calidiores erunt Iulius, & Augustus ceteris

# AD FINEM MVNDI.

mensibus, Propositio decimaquarta.  
Propter naturalem, & consuetudinem cursum Solis longiores erunt dies aestatis, & hyemis. Propositio.xv.

Propter altercationem Saturni cum Piscibus plus nubes, & glacie imminebit nobis tempore hyberno, & aestuo. & plus in locis alpestribus & planis.

Propositio.xvi.

Imbres hoc anno erunt humidi propter respectum Aqrariorum. Propositio.xvij.

In aestate lilia, & roseae in copia puerent, sed timida tunc tonitrua, & fulmina. In autumno folia de arboribus cadent, camporumque decus, flores deflorebunt, & mares cresent. In hyeme homines ad vinum bibendum erunt inclinati, ut communis schola astrologorum dicit. In Vere omnis vis terrae erigetur ad producendos flores, & frumenta. Propositio.xvij.

Considerata virtute planetarum, reperio stellas numerosas videri medio noctis, & diei. Verum cum cum nubibus obfuscatum fuerit, nec noctu, nec inter diu apparebunt. Propositio.xix.

Corripetur hoies diversis infirmitatibus secundum diversas eorum complexiones, ut ita dicam, ille laborabit a pedibus, alter febribus, hic dysenteria, ille lumbagine. Aliqui autem conualecent, alii morientur.

Propositio.xx.

Sani melius habebunt, & infirmi, pariter divites, & pauperes. Propositio.xxi.

Plebei, & opifices nisi laborauerint, multi eorum patientur penuria victus, ut Hermes probat per ascensionem Scorpionem. Propositio.xxij.

Tam principes, & populares hoc anno timere habent mortem. Propositio.xxij.

# PROGNOSTICON:

Piscatoribus nō nullis res infortunatae erunt, plerūk si pescatum fuerint in montibus, vel paludibus propter aquarū siccitatem, ut in tabulis Alphonsi videri licet.

Propositio. xxiiij.

Coniunctio Veneris cum Iove demonstrat, quod plures foeminas prægnates fore, quae ante grauide non fuerūt. & si masculū conceperint, parient masculū. si foemellā parient foemellam. Quod si magna coniunctio fuerit Martis, & Veneris fient, & virgines grauide. quoniā Sagittarius in corpus earum ager, ut concordant uno ore, tam physici, quam astrologi.

Propositio. xxv.

Iuppiter intensus sub signo Leonis significat magnam pulicū, & cymicū futuram copiam, nec speret eos quisquam capere noctua, vel fistula aucuparia.

Propositio. xxvi.

Plures feræ capient in cāpis, & syluis, quod in urbibus, secundum opinionē Alcindi.

Propositio. xxvij.

Aduocati, procuratores inuigilent bene suis officijs & causis, si voluerint venari sine retibus, & canibus, quod si nihil acquisierint, parum exponent.

Propositio. xxviij.

Multæ foeminæ querent habitus, & formas nouas, atque pleraque delectabuntur choreis, cantibus & instruimentis musicis. nonnullæ nocturnis prælijs, nonnullis vero gratum erit laudari, ut Ptolemæus tradit.

Propositio. xxix.

Cives, & magnates operam dabunt varijs voluptatis bus pro diuersitate temporum, & appetituum.

Propositio. xxx.

Cum sol fuerit in suo firmamento Padus nec equo, nec pede transiri poterit.

F I N I S.

# PROGNOSTICON

Prognostica alioquin barbare practica nūcupata,  
ab Iacobo Henrichmā latinitate donata, paucis  
quisbusdam annexis, quæ in priori linea  
guæ, non reperiebantur.

Tetraстиchon eiusdem Henrichmanni.

Vt ventura scias, haec tu prognostica vera

Pellegitō sapiens, scripta q̄ falsa fuge.

Vnius nec erunt anni prognostica tantum,

Sed rata sunt eadē tempus in omne sequens.

Nobili, & generoso viro Christophoro Baroni de Suar-

tzenbergo, & illustrī poetæ Henrico Bebelio,

Iacobus Hērichmā Sindelfingeñ. S.P.D.

Votannis quidā ex siderū ratione, ac motu, ter-  
q̄ restriū mentiuntur futuros effectus, idq; postea  
literis mādantes, publice oīibis legendū exhi-  
bent, illos autē sāpissime in iudicio suo falsos esse vides-  
mus, adeo q; vulgus nunc illoꝝ scripta mēdaciōꝝ libel-  
los palam vocitare audeat. Superioribus autē diebus qui-  
dam nescio quis, sed profecto homo industrīus exigū  
edidit opusculū, quod prognostica recte, & latine voca-  
mus, a barbaris vero inepto vocabulo practica nūcupa-  
tur. quo libello perlecto, nihil falsi vſq; in eo dephende-  
re potui, nihilq; qd non futurum sit inuenire licet, ita bo-  
nus ille homo, cūcta quæ vera sunt narrare studuit. Ob  
id ego opusculū theutonica lingua scriptū, latinitate do-  
nare volui, vt id īpm non germani tñ, sed & ceteræ nati-  
ōnes legerent. Paucā etiā ego adieci, quæ prius opuscu-  
lum nō continebat. Haec autē prognostica, non tñ præ-  
sentis anni sunt, sed plurib; immo oīib; sequētib;  
rata & vera futura sunt. Vos ergo ambo hæc legite, que  
**b**

# PROGNOSTICON

si placuerint emittite, & vt alij legant facitote. Et tu Be-  
beli charissime, hæc iocosa, facetijs tuis adiungito. Va-  
lete ex Suertzlochio, vndeclimo Kalendas Martias, An-  
no octauo vltra sesquimillesimum.

## Caput primum, de anni qualitate.

Aureus nūerus hoc anno, pūus erit, & modicus apd  
paupes. Multæ futuræ sunt illo anno tenebræ, mediæ no-  
ctis p̄sertim tēpestate. Sacrificare, & sanguinē minuere  
bonū est, & utile, quoties hoīem necessitas ad hoc imput-  
terit, vitāda tñ maxie sanguinis minutio, q̄ fit a rusticis  
circa festa bacchanalia, dñ suillis farcimib⁹ repleti sūt.  
In Martio alijsq; tpib⁹, utilia sūt scabiosis balnea, & vn-  
guēta, fricatio quoq; illis erit nō ingrata. In mense Iulio  
vīna ex frigidiorib⁹ cellarijs allata sitiētibus sunt iucun-  
dissima. In Decēbri aut tunicē iumētor⁹ pellibus subdu-  
cte stomacho, & toti vētri sunt opt̄a. Mercatores oībus  
mēsibus nisi auri, argentiq; virtute satis muniti fuerint,  
in alienas regiones nauigare diligenter caueant.

## Caput secundū, de domino huius anni.

Plures, & varijs futuri sunt anni pātis dñi, quilibet sug-  
aliū se extollere studebit. Scabella super scāna ascēde  
re conabunt, ancillæ sup seruos. Sacerdos quoq; marito  
post ianuā coacto, sup fœminā. Et feles super murē pre-  
ceps ruet. Semperq; potentior infirmiori dñabitur.

## Caput tertium, de principiū valetudine.

Principes præsentī anno sibi caueāt a grauibus mor-  
bis, tum enim sanī, & bene validi manebunt. Q, si mi-  
nus fecerint timendum, vbi morbus inualuerit, quoſ  
dam eorum morituros esse.

## Caput quartum, de abbatis.

Abbates magnā habebūt nobiliū familiaritatē, ac etiā  
opem, in euacuādīs vasis vīnarijs, paruū aut contra ad-

# AD FINEM MUNDI.

gersarios presidit. Plura p̄terea abbates monachis veta bunt, quae tñ ipsimet licenter, & impune acturi sunt.

Caput quintum, de morbis vulgi.

Cōmuniſ plebs, ſi multum auſteri laſtis, prunaq; & ſimilia cōmederint, & ex huiusmodi eſu, ventriſ proflu uiū patientur formidandū, ſi aquā biberint, ne eis ven ter intumeat, ac graue periculum incidunt, præſertim ſi indoctum medicum curatorem ſuscepereint.

Caput ſextum, de frugibus.

Triticū, Siligo, Auena, Ordeum, & quicquid ariftam habet, in rupib; & ſaxis tenuiter crescent. In ſtercoratiſ autem & bene cultiſ, copia crefcet oīnis generiſ frumentoꝝ, ſi deus gratiam, & auxiliū ſuum non denegaverit. Non tamen ſp̄ pari vendētur precio, ſed tūc pluris nunc minoriſ. Ita etiā cæteræ reſ in fortunæ rota, modo ascendent poſtea deſcedent veluti ſeruus, & ancilla.

Caput septimum, de vino, & ceruſia.

Nihil, aut parū vīni horno anno colligit̄ in ſylua Hercinia. In alijs vero pluribus lociſ copiā vīni dabūt vītes & quidē ſuauifſimi, bibituꝝ delectabilis. Multis aut vīnum erroneā vitam faciet, fecesq; ſupra, & infra egeret. Magnas item diſcordias, & ſeditioňe Bacchus excita bit, plures de ſedibus ſcāniſ, et ſcaliſ p̄cipitabit p̄terea vīnū magnū calorē, ſed vacuā crumenā, & malas vefteſ faciet, maxime ſi tefſerarū concurſu vtatur. Ceruſia aut optima erit, ſi nīmiū aquæ infuſum non fuerit,

Caput octauum, de pomis.

Cerasorū, æſculorū, prunorū, & huius generiſ pomorū abūde ſatiſ erit hoc anno, in ſupiori foro Conſtantiae, & Auguſtæ in foro, cui nomē Berlach. quibus abſumptis, vna nocte alia crefcet q̄plurima. Ex horū aut fructuum eſu, hoīes cal̄culosſi efficientur, per podicē enim inuime

# PROGNOSTICON

ros calculos ej̄cient. Quae res si inualeſcat, plures mulieres (vt ſuſpicari poſſum) viuae fodientur.

Caput nonū de rapis, raphanis, cæpis & allio.  
Hec oīa vſq; ad ſacietatē, Argētīnæ in macello pifcario reperient exili p̄cio. Nemo tñ illis, vltra q̄ ſatis ē vefcat tuſſim em illa generat, & crepitū ſupra & infra, osculūq; eorū qui hæc comedent pueſlæ ſedulo fugient, & horſeſcent.

Caput decimū de metallis.

Charijs erit hoc anno argenti ſtanno, & aurū plumbo, ferri aut multitudine vtetur laminarij, & cultellifices in conficiendis galeis, thoracibus, gladijsq; & alijs armis. Cuprū quoq; precioſum futurū eſt hoc anno. eius enīm vſus, frequens eſt, & creber in cuđendis monetis.

Caput. xi. de eq̄tibus, peditib⁹, ac ceteris militib⁹. Mīlites & eḡtes, haſtaq; ludo & exercitatōe, ſocū querēt. In venatōib⁹ fauentē habebūt fortunā. pleriq; eorū mul‐tos cuculos capiēt. vitāq; ſuā ita iñſtituēt, rebusq; ſuis p‐uide cōſulent, ne aliqs Caupo debitor eorū maneat,

Caput duodecimū de magistris artium, ſcho‐

laſticis, dīſcipulisq; ſtudentib⁹.

Ilī iucundā hoc anno vitā ducent, ludo venereo, ppter vīni copiā. eorum aut multi magnā patienſ pecuniā pe‐nuriā. Ita tñ viuent, q̄ magis anxijs erunt ipſoſ credito‐res, quō pecuniā debitā extorqueāt, q̄ ipſi quō ſoluant. Secure poſſes apud eos ſciētiām deponere, nemo enim eam apud hosce querere conabitur, nec ipſi curiosi, quid ſcientiāe apud ſe depositum ſit iñveſtiq; abunt.

Caput. xiiij. de cantorib⁹, amatorib⁹, firſtu‐

latorib⁹, Aurifificib⁹ & pifctorib⁹.

Hi oēs. magnā erga mulieres habebūt fortunā, in latere quo loculus pendet, ſuſpicabūturq; ſe bonā habere cām & inter pocula de magnis reb⁹ gloriabunt, vbi res fallit.

# AD FIDEM MUNDI.

nō potest. Plagā autē sancti Vrbani, qui apd' nos vini pātronus habet, q̄ assidua apd' eos versabit, cauere vix poterunt.

Caput decimū quartū de religiosis.

Sacerdotes diligētes erunt in sacra æde, quādo pñtibus multi numi numerātur, quos postea cum ancillulis consumēt. Quidā maximo desiderio hyemē expectabunt. adeo q̄ Martini festū quo pecunias leuant, pēthe costes cupient celebrari. gregem sibi cōmissum, maxime amabunt, plus tamē oves, q̄ arietes. Religiosi fratricelli de missi erūt, & simplices erga rusticos, multosq; caseos venabuntur, si modoblanda valebunt verba.

Caput. xv. de mulieribus, & virginibus.

Mulieres, & virgines, debilis erunt, & breuis memorię, sed prolixorū crinū. Vxores hoc anno cōpter viris suis impītabunt, maritiscq; multa (q̄q; non oia de deo) cōcio nabunt meretrices vetulæ bonæ, īmo optimæ erūt amatorū internūcīæ. Præterea de quibusdā magna erit suspicio q̄ sint honeste, aut etiā virgines quibus fit iniuria. libenter tamen hanc suspicionem passuræ sunt.

Caput. xvi. de mulier̄ infirmitatibus.

Mense Maio cū sanguis in hoīe renouatur quasdā muleres prurit⁹ vexabit, pro remedio, viri illis scarificare debent infra vmblicū, quod si non profuerit, vngēdæ sunt infra caput, & maiorē pedicam querno bacillo.

Caput decimū septimū de vetulis viris.

Viri vetuli in corde, magnum erga mulieres affectum habebunt, sed parum damni dabunt, quoniam eorum braccatus socius militiam recusabit &c.

Caput decimū sextum de cōmuni plebe.

Calcearij, Sartores, pelliones, opificesq; reliqui, & poplæ multa mentientur, & hæc lucrī causa facturi sunt. Nulli aut tam stolidi erūt, quin libētius lucrifacerent, q̄

# PROGNOSTICON

¶ dāmū paterentur, pecunie tamen penuria hoc anno  
multas emptiones impediet, pecunia etiam inequaliter  
inter homines præsentī anno diuīdetur.

Caput decimūnonum, de varijs nationibus.

Vngari, & Sarmatæ, seu Poloni, p̄la bella hornotino ha-  
bebūt anno, q̄a magnor̄ pediculorū erit frequētia. Mis-  
nēses, Turingi, & saxones, parua pocula fastidiēt, modis  
cū q̄ ceruisiæ vitabūt. Cōmunis pp̄ls Herbipoleñ, min⁹  
pecuniæ hoc anno habebit, q̄ canonici. Suevi & Bauari  
bene habebūt, quia multa p̄ira hoc anno torruerūt.

Caput vicesimum, de ciuitatib⁹.

Nurebergenses inequales, & varios habebūt emptiōes.  
Centussis eñi cere, pluris vēdetur, q̄ centussis axungia.⁹  
Augusteñ. & Vlmēses, magnā habebūt familiaritatē.  
Sed Vibani plaga, hoc est ebrietas, frequēs apud eosdē  
futura est. Constatia multis habebit affectiōes, propter  
muriū, glīriū q̄ multitūdinē. Tubingæ modicū pecuniæ  
cito cōsumet. In oñi aut loco melius diuites habebūt, q̄

Caput. xxī. de populi seditiōibus. (pauges.)

Post Kal. Februarij, magna futura est pp̄lī seditio tunc  
eñi stultor̄ infinit⁹ erit nūerus, postea in Aprili, pxima  
die post parasceuē, ingēs erit sanguis, & cruoris effusio,  
capelli, & hedī q̄ plurimi mortui, in sanguine facebūt.

Caput. xxii. de quorundā hominū penuria.

Magna erit sacerdotū penuria, adeo q̄ quidā tria quat  
tuorve, aut plura habebunt ecclesiastica officia. Penu-  
ria etiam erit nobilium. nam & rustici conabuntur no-  
biles efficere. Erit præterea penuria in Iudeis, quia &  
Christiani usuram, & fœnus exercere studebunt.

Caput vicesimūtertium de inimicitijs.

Ingētes erūt inimicitij inter laicos, & clericos. inter rusti-  
cos & nobiles. in theologos, & poetas, iter p̄bos & im-

# AD FINEM MUNDI.

probos, qui oes inter se tūc reconciliabūt, cū quis bal-  
neatorē inuenērīt, q nunq̄ sudauerīt. Magonē, q nunq̄  
mētitus fuerīt, aut carbonariū, q nunq̄ niger factus fue-  
rit, vel cū quis duos mōtes p̄pinq̄os sine valle offiderit.  
Tum demū profecto firma inter p̄dictos erit amicitia.

Caput vltimū, generaliter complectēs quos,  
dam futuros effectus huius anni.

Dies quib⁹ sūdā plus equo breuiores videbūt, vt nox  
longa, qbus mētitur amica, diesq̄ Longa videt opus de-  
bētibus, vt piger annus, Pupillis quos dura p̄mit custos  
dia matrū. Mercenarios sēpe hoc anno capiet laboris te-  
diū, vtilius erit pecunia accipere, q̄ dare. Meli⁹ est equi-  
tare, q̄ pedib⁹ vadere. Qui vīnū nō habebit, aquā bibe  
re nō spernet. Coniuges rādiū inter se pacē habebūt do-  
nec litigare inceperint. Multī p̄nti anno, nocte libentius  
se in lectū reponunt, q̄ mane surgāt. Nigræ vaccæ albū  
lac p̄bebunt. Non minus diuites hoc anno, q̄ pauperes  
moriētūr. Plura adhuc vobis q̄ futura sunt enarrassem,  
si Pythagoras silentium non iussisset. Valete.

I.H. Spes mea Christus. R. S. M.

Distichon Christophori Baronis de Suartzenber-  
go in prognostica I.H. præceptoris.

Henrichmannus prædixit tibi vera futura  
Hic nullum fallit. tu bene crede mihi.

In laudem Germanorum, q̄ sint artis im-  
pressoriae inuentores.

Laude condigna venerare Vatum  
Turba Germanos, studio sagaci  
Scripta qui quondam renouare norunt  
Arte premendi.

# CARMINA

Aere q̄ quisquis modico parare  
Optimos possit veterum libellos  
Hoc dedit nobis merito colendus  
Teutonus orbis.

Cuncta doctorum monumenta Vatum  
Gesta magnorum, pariterq; regum  
Gente nunc vastum Latia per orbem  
Missā leguntur.

Iam Maro Solis gemino cubili  
Notus, Hispanis, calidis & Indis  
Sarmatis, Mauris, simul & caterua  
Cætera Vatum.

Ergo laudandus venies per æuum  
Teuton o cunctis populis in orbe  
Aspicit quo s̄quos volucrī quadriga  
Phœbus equorum.

Ante cum plaustrō gelido bootes  
Aequor vndosum bibet occidendo  
Quam tua in fatum subeat supremum  
Inclyta fama.

Ad Cyprianū de Serntein Cancellariū Cæsariū, equita  
te ius esse condiendū, dum literas Cæsaris sine pecus  
nia obtinere cupiuit in Innsbruck. 1501.

O precibus Cypriane meis aduerte parumper,  
Qui non es rigidus, sed pietate bonus.

Omnibus in rebus æquo moderabere leges,  
Sic regitur mundus, sic manet imperium.

Aequū est cum nūm̄os nequeant conferre Poetæ  
Accipias versus, maxima dona viris.

Vtq; Scythis aurum quod spernunt imperitares  
Non lex, est feritas, thura Sabæa Getis.

## BEBELIANA.

Nec bene frugiferos montes in vallibus Eni

Exigeres, Sueui balsama iure negant,

Cunctorum est igitur simul inspicienda facultas,

Vt leges æquo consociare queas.

Ad Blasium Hoscelium secretarium Cæsaris;

Sua uiloquos Blasi tibi deuinxisse Poetas

Iure studes meritis, officijsq; tuis.

Qui poterunt amplas cultoribus addere laudes,

Dant tibi perpetuum carmina sola decus.

Meccenas viuet, viuet Messala per orbem,

Dum tenet Enus aquas, Danubiusq; suas.

Hí quoniam dulces semper coluere Poetas,

Per quos conspicui tempus in omne manent.

Attamen a nobis iam quæriri amabile carmen

Frustra, sum mutus conticuitq; Iyra.

Vilescit Phœbus, vilescit quicquid amauit,

Pyeridumq; chorus displicuisse solet.

Dicam equidem quare cieunat doctus Homerus,

Cræsus habet versus, quæq; iuuare solent.

Aula ducum gēmas peperit, viridesq; Smaragdos,

Quæritur hic summus nobilitatis honos.

Carmina sola famem, famā licet addere, præstant

Hospitibus quibus, haud vel satis ipse facis.

At si me dulces inter dignabere amicos,

Et quandoq; tibi carmina multa canam.

Ad Matthæum Langium Cubiculariū secretarium

Cæsaris, præpositumq; Augusteū, &c. nunc

episcopum Gurcen. Proseuticon.

O Martha mihi grandi celebrande cothurno,

Pyeridum cultor, Phœbigenæq; Lyræ.

Tanta licet tua sint merita in me, q; satis illis

Non vñq; spereni reddere posse vicem.

c

# CARMINA

Exuperant etenim cunctas in carmine vires,  
Eloquium exuperant, ingeniumq; meum.  
Attamen ut virgo primum depastra pudorem  
Perfricuit frontem, depositq; merum,  
Sic ego, contentus dum non sum munere multo,  
Orandi finem, depositq; metum.  
Hoc fecisse tamen res me non parua coegit.  
Paupertatis onus plura rogare docet,  
Auspice nubiferas nam te penetrauimus alpes,  
Auxilioq; tuo nostra peracta via est.  
Ergo reduc Vatem, in patriam remeare volentem  
Nolueris si me ferre famem, atq; sitim.  
Omnia mercamur care, mercamur Hiacchum.  
In precio grandi, frugiferamq; deam.  
Qz si curabis mihi parua viatica, laetus.  
Discedo, grates & sine fine feram.  
Viue, vale, gaude, studiorum maxime cultor.  
Meq; tuos famulos inter habere velis.  
Ad eundem Eucharisticon, id est.  
Gratiarum actio.  
At nec vana fides, postq; te vidimus ipsi  
Primum, pollicita est spem mihi forma decens.  
Tunc dixi socijs, Germanus Cæsar is alter  
Hic mihi Mecoenas rite futurus adest.  
Omnia fecisti, & plusq; sperauimus vñq;  
Aut optare ausus sum petere, ipse dabas.  
Illud inauditum est tu larga viatica præbes,  
Quæq; mihi volui, te duce nunc teneo.  
Pro tantis igitur meritis te semper amabo,  
Teq; canam semper carmine Pyerio.  
**Ex Innspruck Ex tempore Anno M. D. I.**

# BEBELIANA.

De miseria humanæ cōditiōis. Elegia. H. Bebelij lustri  
gen. de miseria humanæ cōditionis ad nobilē, & exi  
mū virum Hartmannū Eptingeñ. Canonicū Ba  
silieñ, dum laboraret podagra.

O mihi Mecœnas musarum magnus amator  
Hartmanne, eximios inter habende viros,  
Non tibi sit durum tristes tolerare dolores  
Orbe sub hoc gemitus, valleq; tristiciæ,  
Socraticam sapiens proponas sumere frontem  
Sideribus placidis lætus, & vsc; malis,  
Noluit hic rebus nīmum gestire beatis.  
Rebus in aduersis obrutus ille nihil.  
Fortem habeas animū mortis terrore earentem  
Moesticiæ & luctus, quod q; dolere facit.  
Est lugere nefas, nequeas quod triste mouere,  
Nam quicquid patimur fata proterua volunt,  
Dulcia mortales fata hæc, & tristia cogunt  
Ferre, bonis toties inuidiosa viris.  
Sint alijs Arabum messes, sit Lydius amnis  
Divitias habeant, possideantq; Midæ.  
Sint Calabris armenta iugis, Campania diues  
Sardiniae segetes, mala quoq; Hesperidum,  
Purpureæ vestes, Tyris infecta venenis  
Nobile sit quicquid quælibet ora ferat.  
Sidera mi faueant, fati sit, & hora benigni  
Divitior regum nullus in orbe foret.  
Conditio miseris vrget tam nubila mundi,  
Tranquillusq; manet nullus in orbe status.  
Legimus hoc propter Thracas, seuñ, & rude vulgus  
Funera natorum concelebrasse choris.  
Plausibus & saltu mixtos, iuuenesq; puellis,  
Et vetulis mixtus durus arator erat,

# CARMINA

Excipiunt pueros moesta iam fronte creatos  
Et decus est lachrymis saepe rigasse genas.  
Namq; opus ingressis vitam est perferre labore,  
Multiplices, simul & tristia multa pati.  
Cumq; fameq; sitim, morborum mille figuris,  
Sollicitas curas, pauperiemq; grauem.  
Aestiferum solem, Scythici quoq; frigora Chauri,  
Et pluuios austros, sub Ioue ferre nivis.  
Cunctaq; (si centum linguis comitatus adessem)  
Quæ torquent miseros enumerasse negem.  
Attamen ex tumulo luctus, curæq; molestæ  
Et dolor, & morbi deperiere simul.  
Aureus his animus supera delapsus ab æde  
Thracibus, & melior sensus adesse nequit.  
Orbe sub hoc nîtil est ex omni parte beatum,  
Nec cuiq; semper fata superba fauent.  
*uria genera  
mvertit.*  
Hæc miseros pressant varia ad discrimina mortis,  
Huic caput abscissum, frangitur ille rota.  
Hic moritur furca, miseris infamia pendens  
Cognatis, gemuit quem miseranda parens,  
Piscibus hic cibus est, imo sub gurgite mersus  
Oceani, cupiens mercibus esse potens.  
Hunc sitis extinxit, tostos dum pergit ad Indos,  
Dum placet eoo gemmula lecta mari.  
Sidonio hic mutans tinctas cum murice veste  
Diuinitis mare quem subruuit, atq; nothus.  
Aphricus hunc leo suffocat, vel belua martis,  
Grîphes pertinuit gens Arimaspa truces.  
Alter enim immittis nocuo cadit enfebronis,  
Consatiensq; lupos alituumq; pecus.  
Suntq; venenofo ledat quos viperæ morsu,  
Et quibus intulerit dira Cicta necem.

# BEBELIANA.

Multos sustulerant aconita iniusta nouercæ,

Herbas quas legit Colchica terra dabat.

Lurida Thessalicis vel Marsis gramina campis

Non nullis vetulæ noxia verba nocent,

Classica nunc passim sonitant, & bella parantur

Ante diem miseros tollere parca queat.

Milia multa cadunt, regni dum vana libido,

Induperatores mouerit, atq; duces.

O dolor ah gemitus miserorum sanguine torrens

Defluit, ignotum perdere quando datur.

Non pro iusticia, nec item pro nomine Christi,

Atq; Hierosolymis, ut soliti estis avi.

Sed pro diuinitijs, vano & moderamine regni

Nomine vel grandi Martia tela vibrant.

Sic ducis unius culpa, cum corpore & umbra

Mille homines pereunt, sed numerare nequiss.

Et modo Teutonicus, si sint stipendia prompta,

Miles adire solet Solis utrasq; domos.

Syrius hunc ardens nunq; vel bruma retardat.

Stridenti Borea, Sarmaticoq; gelu.

Præmia proponas, quis sis non querere curat:

An pro iusticia bella cruenta geras.

At funesta cohors parua stipe vendere vitam.

Qui potes? atq; animam negligere, atq; deum.

Qui potes imberitum duris iugularier armis?

Qui similem perimis iam moriture cades.

Quæ fera tam saeuia in socium saeuire reperta,

Inq; genus proprium, dic mihi miles atrox.

Inquinat haud vsus dentes in sanguine fratris.

Hircano hoc itidem littore nata Tygris.

Hoc miser attentans diuæ rationis egenus,

Ob sacras animam pessime perdis opes.

B. ita.

c iiij

# CARMINA

Miles.

Iam ruis ad manes viꝫ sicca morte peremptus,  
Pars gladio aut saxo, pars cadit igne, gelu,  
Aut si de multis fortuna pepercera vni.  
Ille cicatricum plurima signa gerit.  
Agmine & in toto multis sunt brachia manca  
Maxillas sine vel vulnere raro vides.  
Non secus atq; duces mors sanguinoleta misellos,  
Ac inopem olio carcere fata manent.  
Atq; ego non alios homines grauiore perire  
Condicione reor, vel mage fluctuaga.  
At resipisce semel tandem mauortia turba,  
Et discas summo numen inesse polo.  
Proq; fide ptignans Turcas contunde feroce,  
Sic tibi fit requies, fitq; perenne salus.  
Præterea turbant nos mille pericula rerum,  
Mœstiaq; vacat nullus in orbe locus.  
Alter ad ignotos ab auitis sedibus actus  
. Pergit, & iniuisos increpat vsq; deos.  
Cogitur ille suis tremebundas dicere leges  
Ciuibus, & pauidos voce citare reos.  
Intentus proprijs mallet cum ducere vitam  
Priuatam, nam res negligit inde suas.  
Alter amans solus populo imperiosus haberi  
Cogitur, ah supplex sub iuga ferre pedem.  
Hos metus exanimat facies quoq; dira Tyranni  
Et populij nunc certus amor dubij.  
Hic queritur tristis viduatam prole toralem,  
Affiduo lugens sidera tetra sibi.  
Iste dolet nimiam misero consurgere prolem,  
Namq; alimenta sibi defore credit inops.  
Coniugis & plures laesum sub corde pudorem  
Deplorant, falsi & nomina ficta patris.

# BEBELIANA.

Cœcus amor multis Veneris quoq; dīra libido,  
Incutit insanæ nubila fata necis.  
Pyramus est testis qui(dum Babilonia Tisbe  
Tarda venit) proprio leserat ense latus.  
Rupit & indigno Phyllis sua colla capistro  
Dum manet heu frustra Demophonta suum.  
Et vitam amisit Holophernes captus amore,  
Qui quoq; Abydeam est sæpe remensus aquā.  
Et diues Priami sceptrum,tot regna,tot yrbes,  
Funditus excidit imperiosus amor.  
Omnes humanos superat Vetus anxia morbos  
Herbis qui nunq; aut pellitur Hippocrate,  
~~Soror~~ amor ratione caret,caret impius omni  
Mensura atq; modo,lege,pudore,metu.  
Quicquid amor iussit,seu phas,seu iura reclament,  
Obsequitur facilis quisquis amore calet.  
Quisquis amat patitur lachrymas,suspira,luctus.  
Cum gemituq; cruces anxietate madens.  
Ferre famē,tolerare imbrem,contēnere somnos,  
Sub Ioue lenta pati frigora iussit amor.  
Somniet aut vigilet,sibi deniq; quicquid agatur,  
Offertur cordi dulcis amica suo.  
Nulla dies vncq; veniet tam sole sereno  
Quin gemat,& lesi corda perurat amor;  
Vanacq; deludunt sopitum insomnia amantem  
Perpetuis noctem ducit,& in lachrymis.  
Et puer & cœcus,nudus,Pharetratus & ipse  
Alatus,Veneris singitur ignis edax.  
Quod faciatq; senes,pueros & luce carentes,  
Quod feriat miseros,quod leuis erret amans.  
Et quis tam dextro pede sit coniunctus amicæ,  
Mœroris demum senserit ille nihil.

# CARMINA

Vivere num potuit fallaci captus amore.

Quem non pœnituit colla dedisse iugo?  
Sic Veneris finem compleat absinthia tristi  
Succo, cum tribulis Corsica mella simul.

Nec mihi fœlices quisq; persuaserit illos,

Quos mala luxurias, nocte dieq; trahit.  
Hæc prædulce malum est, hoc perniciosior hostis,  
Quo magis incautos blandus amicus adit.

Nam cui non dulce est, vino dapibusq; paratis  
Indulgere, simul ocia longa sequi.

Atq; puellares ludos duxisse chorosq;,  
Et si quid reliquum luxuriosus amat,

Laudabant veteres si quem vixisse modeste  
Constituit, & frugi vel tenuisse modum.

Tunc pudor, & probitas tunc nos Ascræa colebat,  
Sed nunc in precio est immoderata gula.

Ducitur heu pulchrū iam amplas siccare lagenas,  
Et calices totos euacuasse meri.

Ille propino tibi, & ferio te voce sonora  
Clamitat, epotum tradit & inde scyphum.

Expectans alter nulli vult esse secundus,  
Atq; ad mensuram conuocat hinc alium.

Optimus hic demum, qui plus haussisse probatur,  
Illi laudis compita nulla silent.

At quantum ebrietas noceat, vel amicta dolosis  
Illecebris, ne queo commemorare satis.

Quippe nec aut pestis tantum, nec tela, nec hostes,  
Quantum sola nocet dira libido gulæ.

Hæc male mortales hebetat caligine sensus,  
Ingenium effœtat, debilitatq; caput.

Hæc morbos male sanandos, & tristia fata,  
Et subitas mortes hæc peperisse solet.

## BEBELIANA.

Hæc fas, atq; nefas paruulo discriminé ducit,  
Quæq; suos famulos mentis egere facit.  
Magnus Alexander toto dominator in orbe  
Gentibus inuictus, ebrietate cadit.  
Imperium Assirijs rex Sardanapalus, & ipsam  
Amisit vitam luxurianter agens.  
Vicitrix Italæ perijt Maurusia plebes,  
Dum male campanas luscus amauit opes.  
Legimus & celsas luxus, quas verterit vrbes,  
Eximiosq; duces fregit Hiacchus iners.  
Multaq; præterea sunt nostræ incommoda vitæ,  
Vndiq; nos agitat vasta procella maris.  
Creditur a multis summos concendere honores,  
Et florere diu, non nisi quemq; malum.  
Qui simulare fidem, blando prætexere vultu,  
Nouerit atq; dolos, blandiciasq; leues,  
Et tandem insigni solum qui criminæ præstet,  
Fascibus extolli diligierve satis.  
Fallimur ab miseri, nulli funesta quietem  
Crimina permittunt, nulla salus sceleri est.  
Excruciant animū, & semper peccata remordent,  
Quodlibet ad fulmen pallet inane scelus.  
Credite prauorum non est diuturna potestas,  
Nam male quesitum, perditur atq; male.  
Et si sis Cresus, si sint tibi Persica regna,  
Ex animo tantum iure beatus eris.  
Conscia mens vt cuiq; sua est, ita diues inopsve,  
Nam vitij nullo tempore parta quies.  
O infelices viri quos ardor habendi,  
Et sitiunt quicquid versat harena Tagi.  
Eripit heu dulces somnos vesana cupido,  
Et requiem nullo tempore auarus habet.

B  
omblanayalij  
in my paffirby rea  
Sorit fr my gers  
Lunigis delius m  
muntur mi stony  
yntre us. y m  
hui fabius fr  
the gabrii anton  
E pifmin

# CARMINA

Insomnes longo ducens examine curas,  
Ne sibi congestæ diripiuntur opes.  
Qui sibi non statuit locuplete in pectore finem,  
Atq; animo posuit, diuitijsq; modum.  
Ille hic (crede mihi) poterit nec iure beatus  
Dicier aut foelix, sed magis Irus inops.  
Quamvis Lydorum teneat ditissima regna:  
Dalmaticumve aurum, vel Babylonis opes.  
Non illum auriferis satiaret Hiberia fossis,  
Non Hermus rutilo flumine plenus opum.  
Nunq; diues erit, nunq; satiabitur vllis  
Diuitijs, quisquis plura petiuit inops.  
Pestis auaricia per mille pericula, mortes,  
Tormenta & casus, exicia atq; trahit.  
Hanc Adriæ fluctus, nec Scylla voracibus vndis  
Territat, aut reflua seu Charybdis aqua.  
Classica qui netiam, tot tristia bella, tot enses.  
Per populos passim diuitiis arca tulit.  
Illa vias docuit properandi ad tartara multas,  
Quas mare, quas tellus, quas dedit ira nocens.  
~~Sacculi~~, ~~et imm~~ Strangulat heu multos nūmorum sacculus ingens.  
Census & exuperans, diuitiæq; sacræ.  
Et fuit exicio dominis fecundus agellus,  
Sæpe timenda agri, fertilitasq; soli.  
Temporibus sicut diri, immittisq; Neronis  
Longino nocuit ditia habere bona,  
Et Senecæ eximio congesta pecunia mortem  
Intulit, & multis quos numerare piget.  
Adde quod (vt perhibent) locus est rarissimus ipsis  
Ditibus, in superis Elysioq; lare.  
Præter auariciam, vitium namq; omne senescit.  
Illa die crescens tempus in omne manet.

# BEBELIANA.

**E**st minus infelix modicis contentus agellis

Rusticus, & quisquis simplicitate nitet.

**E**rgo quisquis ades fastus contemne proteruos,

Ex his consurgit cura molesta tibi.

**V**tere sed laetus tibi quod natura ministrat,

Sic melius viues diues in orbe satis.

**N**ec mihi liuor edax ullam nouisse quietem

Creditur, aut dulcem summere in ore cibum.

**D**um dolet alterius successu, & sorte secunda

Heu gemitu quali pectoris imma replet.

**S**i tibi vel mihi sit nummorum maior acerius

Aut plus possideas, supplicium illius est.

**Q**uod placido careat somno, rodentibus ipsum

Affidue curis, quodque dolore gemat.

**A**spice quam pallor vultum subduxerit omnem,

Quam sit totius tristis imago viri.

**E**t demum inuidiam comitatur factio discors,

Seditione potens, iurgia, bella, neces.

**I**ustius attamen inuidia est nihil, haec quia primo

Auctorem rodit, excruciatque animum.

**V**exat item multos furor ambitiosus honorum,

Scandere dum cupiunt, nocte dieque rotam.

**A**st ego fortunam regum, vel celsa ducumque

Atria, nec quisque iure beata putet.

**V**el quibus incumbunt tam multa pericula vitae,

Et ferrum, & saxum, dira venena, neces.

**H**ic vigilis timor est, curarum & mille figurae,

Sæpeque suspectus ipse satelles erat.

**H**oc bene cognovit Sicula regnator in aula

Dum se fœlicem diceret esse sophos.

**P**endit in auratis regum laquearibus ensem

Ceruicem supra, iussit & esse sophum.

# CARMINA

Ostendens q̄ sit nunq̄ syncera voluptas  
Instabili regno, plena corona metu est.  
Discite non n̄m̄ium lautis confidere rebus  
Magnanimi o reges, belligericq̄ duces.  
Aequa sed prompti semper cum mente bifrontis.  
Fortunæ mores tollere fluctuagos.  
Ludit in humanis rebus fors infima summis  
Adm̄scens, firmum sed sinit esse nihil.  
Precipitat reges, seruos ad sidera tollens.  
Ex seruo regem rursus ad ima trahit.  
Divis erat Crassus, qui sorte peremptus iniqua est.  
Et Cæsar pariter victor in orbe cadit.  
Sed cadit immensus, cui vix sufficerat orbis  
Pelleus iuuenis, tuq̄ Philippe parens.  
Cræsus enim captus didicit ditissimus olím.  
In vita foelix quod nihil esse queat.  
Hoc Xerxes didicit. Cyrus, Rex Ponticus atq̄,  
Et cum Romuleis, Argoliciq̄ duces.  
Sunt miseri viuunt quicunq̄ sub orbe Diane,  
Nec quisq̄ foelix tempus in omne manet.  
Legimus Assyrios multis regnasse Triumphis,  
Cum Mædis Persas, nunc nisi nomen habent.  
Græcia vel quondam extulerat vexilla per orbem,  
Nunc famula est Turcis, sub pedibusq̄ facit.  
Mœnia Romulidum q̄ regna nec vlla potestas  
Firma diu maneant, vel monumenta dabunt.  
Sic quos ex humili magna ad fastigia rerum  
Extulit, & pariter conspicuosq̄ facit.  
Mox rapit in preceps fortuna volubilis illos,  
Et quibus infesta est post modo amica redit.  
Et quem diuitijs donauit diuite cornu  
Irus crit subito, verterit illa rectam.

# BEBELIANA.

Hoc ita dispositus summi moderator olympi  
Iudice me, diua nec ratione caret.

Vt nihil hic homines possent sperare perenne,  
Sed simul instabili concta perire gradu.

Quodq; solum incolimus patriā non esse quietam;  
Sed durum exilium, tristitiaq; lacum.

Qua semel emensa per tot pelagiq; procellas,  
Et fluctus vitæ, luctificasq; vices,

Ingrederetur homo patriam, regnumq; parentis,  
Tunc non deficiet tempore parta quies.

Sunt tamen heu plures, qui nulla incommoda ferre  
Iudice se ostentant, nulla pericla timent.

Quod sibi diuitiæ, quod sint de stirpe vetusta  
Coniugis & castæ Penelopeus amor.

Incolumes, pulchri, iuuenili prole beati,  
Nec graue sit quod non vel bene ferre queant.

Stulte quid insanis, multis fortuna beauit  
Muneribus, si quos precipitare cupit.

Raro casas humilis vexat Rhamnusia diua  
Sed regum tresses, moeniaq; alta petit,

Omnia præter eas, spores & diues obire  
Et florere diu, nec miseranda pati.

Expectes paulum, veniet rugosa senectus,  
Cum qua morborum conuenit omne genus;

Ecce valetudo aduersa, & nodosa podagra  
Debilitans gressus, Chiragra & ipsa manus.

Et tua forma fugax, veluti flos tactus arato  
Marcescit, nunq; nec redditura perit,

Sis validus, sis conspicuus quoconq; decore,  
Mox rapiet tremulo pigra senecta pede.

Cunctarum sequitur tandem seuissima rerum  
Mors nigra, qua tollit nobile quicquid erit:

*Ad domum L...  
annus r...;*

*d ij*

# CARMINA

Quippe rosas æqua velspinas falce resectat,  
Nec locus ætati est, omnibus vna quidem,  
Tempore quo immineat res o dignissima luctu  
Non homini tutum scire, nec ullus habet.  
Nemo tam solitus diuos habuisse fauentes  
Vt bene sit certus viuere posse diem,  
Ergo Heracletus merito fleuisse solebat  
Gaudia falsa hominū, spem quoq; fluctuagam?  
Stulticiam fleuit, curas & tristia vota  
Afficere, & quicquid pectora nostra solet.  
Inconstans quia res hominum est, incerta caducis  
Mobilior folijs, mobiliorq; polo.  
Sola igitur virtus faciet te iure beatum  
Munia post vitæ post obitumq; Vale.  
¶ Satyricū carmē H. Bebelij lustingeñ, in nephādos nře  
tēpestatis mores, & contra detractores pessimos.  
Quid faciam in mundo, sim iustus, amator honesti.  
Sim vita sanctus, multa virtute probatus.  
Despicio vulgo, contemnor, Hypocrita dico.  
Et simulator iners quandoq; fuisse nephandum.  
Ah satius credo (tanta in caligine rerum  
Versamur miseri) quam nunc probitate nitere,  
Tam penitus pulsæ terris virtutis amantes  
Diua, sed tantum tenebrosi semina ditis  
Liuor edax, odia, & sine fine maligna voluptas.  
Alterius damni terris iam summa coluntur.  
Surgam igitur propere medio cursurus ab orbe  
More patrum, sylvas vagabundus deuia tesqua &  
Stat colere, & medios inter cœnare ferarum  
Conuentus, vrsi mites vos este lupi q;  
Et quæcunq; famelica bestia, mītis adesto.  
Namq; ego ceu frater Samijs satiabor in hortis.

# BEBELIANA.

Arentemqz sitim pellam torrentis ab vnda?  
Belua non vsqz nostro ledetur ab orbe  
Sit casa qua possim æstiuos contemnere soles  
Et pluuios Austros, Scytici quoqz frigora Chauri,  
O liceat colubros inter posuisse cubile,  
Gramtne sub viridi quoquncz loco, atqz recessu  
Proiiciam corpus, plumarum nulla libido.  
Huc fugere nouem Phœbo ducente Camœne  
Cecropis, huc Pallas quis cum cōmercia nobis,  
Quis cum solabor breuiuscula tempora fati,  
Dum mihi fatales rescabunt fila sorores.  
Curabunt alij, communia condier inter  
Busta propinquorum, si mens infracta per omnes  
Terrores mortis, si occurruint mille figuræ  
Vltricesqz deæ vmbrae, atqz horrenda Megæra,  
Quasqz fouet diras animas nebulosus auernus  
Terribiles volitent morientis lumina circum.  
Sæpius (vt solite, vitijs si quando iuuenta  
Torpuit, & cōmissa meum sine fine fatigant  
Pectus,) adesto precor mitissima virgo Polorum,  
Quæ potes aspectum ditis remouere prophani,  
Me conuexa tegant cœli quoquncz locorum.  
Acriæ seu me volucres (quod malo) vel vrsi  
Depasti fuerint, liceat sim piscibus esca.  
Dummodo sidereæ scandat mens moenia sedis.  
Ibo igitur propere casus quoquncz iubebit  
Et pes quo ducet, populos visurus in orbe  
Extremo, Meroen supra canceriqz sub axem  
Ire libet, si sunt, vel Nilum a fonte bibentes.  
Quandoquidem inuidiaæ stimulis & mille sagittis,  
Impetor & ledor veluti malefactor iniquus.  
Sim bonus & liceat multum dijs testibus, æquus,

# CARMINA !

Tam canis infernus gentes suffudit in omnes  
Virus lætiferum subductus ab Hercule in orbem,  
Ut pauci possint (veri caligine cœci )  
Prendere, quid deceat, qd honestū, quidve tenendū.  
Vade igitur furias inter numerande pudendas  
Liuar iners quondam sedes habitate sepultas.  
Ditis, vt ostendit maciesq; simillima morti  
Horrenda, & stygio facies pallore grauata,  
Liuentesq; oculi suffusi felle perusto.  
Quid tibi nobiscum, tandem malesane recedas.  
Desere mortales quos vndiq; semine tetro  
Foedasti, tecum rixas, cœdesq; nephandas,  
Atq; simultates tecum sub claustra reporta  
Cerberea, inuitis nam te perspectat ocellis,  
Tota cohors hominum, quisq; nec viuere tecum,  
Aut velit, aut poterit, cum tam mala verba profari  
Irrequieta velis in quosquos omnibus horis  
Exoptare simul iustis mala, amare nephundos,  
Omnibus insultas, nunc fulmine vocis aperto  
Euomis in quosquos liuentia verba, nocere  
Murmure nunc tenui properas, corrumpere famæ  
Cunctorum, a facie quamvis laudaueris omnes.  
O bona falciferi Saturni sœcula, tunc non  
Terricolis tecum fuerat communio, sed tu  
Moesta tenebrosæ vexabas limina lathes.  
Nunc superis auris fecisti ferrea sœcla,  
Quercubus ipse fauū decerpsti, lacte fluentes.  
Orbasti fluuios, limoso flumine turbans.  
Bella paras ducibus, armasti sanguine multo.  
Fraternas acies, & dira aconita nouercis  
Instruere edocitus, patrius quem fuderit ensis.  
Sanguine lataris, cognata & cœde virorum.

## BEBELIANA.

Quid plura & nocuum, quicquid reperitur in orbe  
Inuidiae inuentum est, o rerum pessimus hostis.  
Tu reperis gladios quo sint ad tartara mille  
Horrendaque viæ, fatales nonne sorores  
Sat fuerant mortale genus deperdere latoque  
Omnibus inuisis, rebus gaudere secundis.  
Nescius, aduersis facias tibi pectora lata.  
Est nativus amor integrus nonque nocentes  
Vexare inuidiae, atque alta cacumina rerum,  
Atque ferire viros quos vexit ad ardua virtus.  
Hannibal e Poenis dux contatissimus oris  
Inuidia pulsus, quamuis protexerat hosce.  
Inuidia primi maduerunt sanguine fratrum  
Romulidum muri, Cæsar tot vulnera passus,  
Scipiadas, & quos Romana potentia dudum  
Florentes vidit, Pompeius tuque Camille,  
Atque alij multi toties qui sanguine fuso  
Nominis æterni Romam fecere superbam.  
Ingrata ex patria nigro liuore repulsi.  
Liuor Aristidem qui nomen habebat Athenis:  
Iusticia pepulit, nonnullos nigra venena  
Sustulerant, o Liuor edax corrumpe quid non  
Mænitis, summæ duce te Carthaginis arces.  
Funditus euersæ pariter Lacedæmonis ædes.  
Vnde tot egregij venerunt belligerantes.  
Corruit & Thebæ centum celeberrima portis  
Et Babylon, Cadmi quoque regia passa ruinam,  
Atque aliæ innumeræ, quas non comprehendere meti est.  
Turba prophetarum lapidata, vel ense necata  
Inuidia, sed ea tuos o pessimæ semper  
Tollere curas, quos cōmendat vita probata,  
Heu heu quo pergam nulla pietate linitum

d w

# CARMINA

Prodigium vitare volens ultra Garamantes  
Per Libyæ deserta ferar, vel culmina montis  
Caucasei, insequitur, lacerat, comitatur & instat  
Angulus immensi, nec quisque est in ius orbis.  
Mens erat exutis peccatis in quibus ipse  
Delitii, dudum soli seruire tonanti,  
Effugere ut possim stygijs prædonis habenas;  
Et scelus admissum multa virtute piare.  
Gaudia reieci tam lubrica tamque caduca,  
Atque voluptates mundi, quis nemo honorum  
Immersisse volet, nostris decor omnis abibat  
Vestibus, at tantum villosus corpora pannus  
Obtegat, & dulcem capiam sub stramine somnum,  
Dum nox obscuris subduxerat astra tenebris,  
Et siluit, quicquid tellus, & pontus, & æther  
Tentat, ego crebro suspiria mille tonanti  
Fundebam, deus o sanctissime percipe diuum  
Cantica, debentur tibi laus, honor inclitus vni  
Vivere qui nobis donas, fueram nihil ipse.  
Tu me plasti, me participemque polorum  
Fecisti regnis, haec dum & sum plura locutus.  
Ut possit nobis summus mitescere Christus.  
Haec audita procul vulgi venere sub aures,  
Conueniunt subito plebis malesana caterua  
Impungunt lacerant, fiantur mihi quæque nephanda.  
Ecce nouus venit cuncti exultate, propheta,  
Atque sacer vitam (solus per compita pagi  
Fabula ego siam) qui sub velamine honesti  
Fallere conatur (clamant) hominesque deosque.  
Cum soleat facinus semper fouisse profanum,  
Exclamat pariter per compita risus anilis.  
Siccine peruerse o deludere apostata totum

## BEBELIANA.

Mundum pertentas; forsitan stolidissime nequam  
Criminibus tegmenta tuis; quæ maxima cunctis  
Testibus existunt, ponis probitatis in umbra;  
Credaris verus, & simplicitate videndus,  
Sum latro, sum prædo multis, mille vndiq; cinctus  
Opprobris, quisq; tota nec plebe repertus  
Qui bene quod factū multa, & virtute peractum  
Laudet & extollat, tam fœdus, tamq; prophanus,  
Error in humanas mentes phlegetontis ab vndis  
Irrepsit, toto & regnat permisus in orbe.  
Hoc itidem patior monachus, licet atq; sacerdos,  
Quid non audebit vulgaris concio, quem non  
Obprobrio linguae mordebit, sis licet ipse  
Sanctior antiquis patribus, sacrifq; prophetis  
Quos deus elegit æterna pace potiri.  
Eniteas quibus ipse velis virtutibus, & sis  
Fabricio grauior, defensoriq; Camillo,  
Relligione Numam vincas, pietate Metellum,  
Et priscos bonitate viros superes, tamen ipse  
Zoilus usq; non aberis, qui dicere promptus  
Diis tibi sint hostes nigro vestite cucullo, F. M. V. 10  
Qui sub pelle ouium gestas per corda leænam,  
Et tumidis solitus verbis secreta tonantis  
Spargere per plebem, qui solus nosse deorum  
Præterita & poteris præsentia, quæq; futura,  
Ut summis nuper sis præcipitatus ab astris.  
Edocet hic mundi luxum damnare malignum.  
Dedecuit quicquid dissuadet fronte serena.  
Attamen o Curios simulat, sed Bacchica festa  
Concelebrat noctu, non scorta mouentia sensum.  
Desunt, in Venerem totis sed viribus itur.  
Quid plura, in tenebris patrarunt turpia quæq;

# CARMINA

Vos quoq; Lollardi, quibus est syluosa careria  
Ite procul vulgus clamat facie extenuati,  
Atq; probi vultu solo, fictiq; Catones,  
In cute sed nequam, sed gens tristissima, quæ nil  
Non tentare audet sceleris, nil linquit inausum.  
O mores, o tempora quid sanctum, aut Ioue dignum  
Quod non denigrat, vel mox detractor iniquus,  
Et plerumq; bonos simul, & quos multa lucerna  
Viderit insequitur probris, sine pectoris æstu  
Archadicum pecus, & sine sensu plebs male sana  
Quod sibi non tantum nouit bonitatis inesse.  
Quicquid ago demū & loquor, hoc peruerit iniquus  
Interpres liuor, mala verba reponere doctus.  
Si veneror sicut colui sine fine Poetas,  
Delitiasq; sacras Thymbrei Vatis & Euhan,  
Teutonici Dryides o magna potentia fati,  
Atq; sacerdotes, quibus est ignota Mineruæ  
Militia insurgunt mulis, nec flauus Apollo  
Tutus ab ignarisi, tanta est insania mentis.  
Nonne sacerdotes sumus, & nos turba deorum  
Scimus quid deceat, quid sit superis faciendum?  
Nec nobis notus Phœbus, nec castra sororum,  
Quæ nequeunt nobis sacram replere crumenam.  
Nos aliquid scimus panem lucramur abunde,  
In solo tamq; mortales vivere pane  
Sufficiat, sunt qui iam post monumenta perennem,  
Et celebre spernunt famā, sit dū modo nummus  
Sufficiens, plena & sit dum sibi lena culina.  
Non sic instituit summus bonitatis amator,  
Atq; opifex rerum, sed transeat error iniquus,  
Cum reliquis multis, quis toto cingimur orbe,  
Dummodo dijs placeat alios inducere mores.

# BEBELIANA.

Saphicum de laudibus Bacchi, omniū curas  
rum medici, lēticiæ & parētis, quod Cras  
couiae adolescentulus composui,

Bacche florenti decorate Thirso  
Ipse pallentem foueas Poetam.  
Pallados quem mox Cytherea coget  
Linquere castra.

Ipse nocturnas studij lucernas  
Vertit in questus miseros cupido.  
Credo quod raram teneat quietem  
Pallor amantum,  
Solus ex omni numero deorum  
Tetricos nescis animos Catonis,  
Tuq; curarum medicus salubris  
Gaudia præfers.

Cordis vrentes pater ipse curas  
Pellis ex te tristiciam fugarunt  
Quos premunt sœuae vigilesq; curæ, &c  
Ardor habendi,

Sæpe vel sortis miseræ Lyæo  
Immemor pauper, quatit ecce terram  
Lætus ambobus pedibus, soluto  
Pectore gaudens.

Rura vel quisquis fodit inquietus  
Ciuicas raro veniens ad ædes  
Lentus abscedit titubante gressu  
Visere natos.

Doctior nullus sibi tunc putatur  
Socrates cedat, quibus & vetustas  
Contulit palmam sapiente vena  
Ingeniorum.

# CARMINA

**Nosse vult regum celebres triumphos,**  
**Et quibus terris furiosa Martis**  
**Signa tollentur, nitida atq; pax sit**  
    **Omnia nouit.**

**Sæpe languenti positus cubili**  
**Peste vel multum calida laborans**  
**Massico tristes pepulisse fertur**  
    **Mente dolores.**

**Solus hic vnuis miseros amantes**  
**Rite solatur veneratus amplis**  
**Cantharis, solum sibi vult litari**  
    **Haustibus amplis.**

**Pellego interdum faciles Poetas.**  
**Sæpe vel multo Sophiam labore**  
**Non iuuat quicq; Cecropis Míneruæ**  
    **Castra sequentem.**

**Solus o pulsans Erycis parentem**  
**Bacche fumanti calidus Phalerno**  
**Cogor absentis memore esse curæ**  
    **Pelle dolores.**

**Semper absentí crucior puella**  
**Ignis accensus nimium recusat**  
**Reprimi, heu Vatum monumenta nunq;**  
    **Vulnera sanant.**

**Nec iuuat q sim gelidis in oris**  
**Sarmatis terræ procul a Suevis**  
**Temnit a nobis stípula furenti**  
    **Pellier ignis.**

**Post licet plaustrí gelidos triones**  
**Post domos solis fugias vtrasq;**  
**Quo velis pergas, amor inquietus**  
    **Vsq; sequetur.**

# BEBELIANA.

In Regulum auiculam tempore frigido & hyetum.  
li cantantem, pluviæq; indicem.

Regule parue ales partu genuisse sinistro.

Tereor Alecto sub phlegetontis aquis.

Vt fileant cunctæ volucres sub frigore brumæ,  
Deliteatq; suo vel genus omne specu.

Solus ad inumeros numeros modulamina fundis,  
Voceq; multisona gaudia multa refers.

Vere canis pluvio lætissimus, atq; sereno  
Tempore venturus, si canis, imber adest.

Hinc cur rex volucrum possis, vel iure vocari  
Ambigo, cum minimus corpus inerme geras.

At reor alitum cum sis durissimus ipse  
Tempore quod gelido gaudia solus habes.

Vel qui appellavit parcas quod parcere nulli  
Confueuerint, nomen Regule parue dedit.

In eum qui sine scientia solo titulo, & gradu  
dignitatis superbiebat.

Tu qui doctoris sumis tibi stemmata magni  
Desine, cum foueat nulla Minerua caput.

Stulta est in solo titulo, atq; insignibus altis:  
Gloria, si rerum pondera deficiant.

Quippe miser rex si nullo dominabere regno,  
Quis non deridet nomen inane ducist.

Sic tu cui gelidam spirant precordia Læther  
Pomposum fugias nomen habere rudis.

Epigráma ad somnum, quando laborauí dysenteria  
teria Basileę An. M. CCCC. XCIII. tpe canicularię.

Somne quies rerum multis optate querelis,  
Cur profugus lectum spernis adire meum?

Proh dolor Hesperio dum mergitur æquore Phœbus  
Et gelidæ Phœbes cornua plena micant,

Dum placidum somnum captiunt animalia cuncta,  
Dum pauidæ vulpes antra subite solent.

Omne genus volucrum querina super arbore sopit  
Tu Philomela canis gaudia multa ferens.

# CARMINA

Solus ego crebros cogor perferre dolores  
Perpetuos gemitus pectora nostra trahunt.  
Tunc dolor & morbi subeunt. phantasmata terrent  
Nocte atra insomnem, cor mihi triste gemit.

Pono ventris onus decies currens, abiensq; *cito, cithirimo*  
Merda rudit torquet sanguine sparsa rudi.  
Nec requies vncq; poterit mea membra subire  
Delphice seu splendes, siue Diana soror.  
Dulcis amice veni cunctis placidissime sonine  
Mordaci curæ tu medicina, salus.

In exilium Iosbarte pseudo prophetæ.

Quam bene conueniunt tecum Iosbarte sacrorum  
Fata prophetarum conditioq; eadem.  
Gens hebræa suos multum sine crimine Vates  
Persequitur, sic te nec fauor ullus habet.  
Hi tamen occisi insontes, tu crimen plenus  
Urbe Tübingeri pelleris ecce procul.

Conquestio in auariciam puellarum, q;  
nemo nisi diues ametur.

O miseris iuuentis quibus est non ampla suppellex  
In domibus, sed quos bella puella premit.

Præteriere diu felicia sœcula quando  
Charior argento pallor amantis erat.

Iam iam prostibulæ nullum (nisi sacculus ingens  
Sit comes) ardebunt, auriferiq; Midæ.

Nec doctrina valet, Plato sis doctissimus ipse  
Si careas nummis, cogeris ire foras.

Pelleris a foribus, si quando intrabis amicæ  
Atria, carnificem, si det, amare solent.

Nec genus, aut quemq; virtus in amore iuuabit.  
Quæritur in primis diues an esset inops.

In Zoilum Raucum qui cum sit indotissi-  
mus profitetur tamen se Poetam.

Zoile doctiloquos solitus carpsisse Poetas  
Quos souet, & Phœbus, Pyeriusq; chorus,

# BEBELIANA.

Atq; tuos toties solitus tempfisse magistros  
Omnibus insultans, quos sacra Pallas amat,  
In numero Vatum stultissime dicier optas,  
Et tibi iam titulos sumis in epre nouos.  
**Tu** Flaccum laudas, miraris carmina Vatum  
Tamq; mellifluo sis Helicone satus.  
Scribere clericulis, cum vix exponere possis,  
Et qui cum Beta noueris Alpha parum.  
Omnibus in triuis Rauco foedissimus ore  
Insontem oblatras me lacerasq; virum.  
**O** te imprudentem perstes læsisse Poetas  
In Pharetra quorum spicula mille latent.  
**Cornua** mille geras, tu sis cornutus & vsq;  
Durior & cornu sis licet ipse lapis  
Experiere tamen musas effringere doctas  
Pectus Barbaricum, cornigerumq; caput,  
**Vtq;** omnis mihi sit vindictæ dempta facultas  
Pyrides vires, & sua tela dabunt.

**Querimonia** puellarum in Luciferum, qui  
græce Phosphorus dicitur.

Phosphore æternæ dator, & minister  
Lucis, & noctis nebulas opacas,  
Atq; funestas remouens tenebras  
Lumine claro.

Cur diem velox properas olymbo  
Reddere heu nostris inimice votis.  
Dum meos artus Agasina tangens  
Gaudia confert.

Cogitur tete veniente plorans.  
Linquere amplexus gemebunda nostros  
Lucidos ignes remorare Solis  
Sidere pigro.

Tu puellarum inuidiosa stella  
Separans euheu, miseros amantes  
Sæpe te contra referunt puellæ  
Impia verba.



# CARMINA

Desinit per te requies amantium,  
Desinit per te requies laborum,  
Desinit per te requies aratri, &  
Ruricolarum.

Perdidit per te requiem viator,  
Perdidit per te, requiemque pastor,  
Perdidit per te requiem volucris,

Quadrupedesque.

Incipit per te tolerare duras  
Pectoris curas hominam caterqa,  
Incipit dulcem refugare somnum  
Pulchra puella.

Ergo lucentem remorare solem.  
Dum diuos noris recubare amantes,  
Crede seiungens cupidas puellas  
Ense necabis.

## Contra Simoniacos

Elegia H. Bebelij Lustingenensis. ad oīm laudatae artium  
consultissimum virum, & patronū singularē Ioānem  
Naucleū Tubingensis ecclesiae præpositū gym-  
nasijque cancellarium in Simoniacos,

Eximios inter cunctis memorande diebus,

O Nauclere vitos, & probitatis honos,

Quod modo suscepta est per te prouincia, rerum  
Scribere sacrarum de ambitione librum.

Et solet a nostris, nunc illa Simonia dici,

Namque Simon sceleris hic magnus auctor erat,

Rem facis imprimis dignam, nec laude carentem,  
Atque sacerdoti iure cauenda mones.

Nam cum dira lues vittorum regnet in orbe,

Infandumque scelus agmine cuncta trahat.

Nulla tamen maior pestis, vesania nulla

Illijs exuperat impietatis opus.

Quod si non fallar, si sim non sordidus auctor

Divitie pingues hoc peperere malum.

# BEBELIANA,

**O**mne malum nobis furesta pecunia primum  
Intulit, & sortis luxuriantis opes.

**P**ræstabat quondam castos ecclesia mores,  
Cum Petrus in summa sede regebat inops.

**C**um non dum marmor, crux frataq; recta ferebat  
Ipse locus templi, gemmiferasq; trabes.

**C**ana fides mundo viguit, cum paupere cultu  
Strabat in exigua ferreus æde calix.

**T**unc viguit virtus, tunc nos Astræa colebat,  
Inq; suo precio docta Minerua fuit.

**P**ontificum at postq; paupertas sobria cessit,  
Et capiat luxus, quos sacer ornat honos.

**N**ullum crimen abest, facinusq; cupidinis, atq;  
Aurum omnes pulsa iam pietate colunt.

**V**icta fugit bonitas aurum veneramur in orbe  
Auro lex cessit, mox sine lege pudor.

**A**uro pulsa fides, auro coelestia dona  
Mercantur, tanta est ambitiosa famæ.

**A**t sunt iam plures, qui iusta vocabula turpi  
Prætendunt celeri, & talia verba vomunt.

**E**mptor ego non sum, sed munus munere penso,  
Sic homines lusos, credit & ipse deos.

**S**tulte quid insanis: Christus speculatur ab alto  
Singula corda hominum, fallier atq; nequit.

**M**ortales circumvolitans, simul omnia Pluto  
Desert æterno, cœlicolumq; deo.

**E**t tristes queritur mores, & debita poscit  
Supplicia, o miseros quos scelera attrahent.

**I**udicij extremi memores estote fideles,  
Ne vos precipites naufragia Syris agat.

**¶** Contra meretricem singulis detrectantem.

**Q**uid vos o fratres meretrix foedissima turbat,  
Opprobrio linguae, denteq; vipereo.

**Q**uis precor edoceat: coruos cecinisse suaue,  
Deq; suo cantu noscitur omnis avis.

**Q**uid mihi si de me referant præclara latrones  
Proderit, aut Verres, vel Catilina nepos.

# CARMINA

Dedecus est prauis, ut nos docuere sophorum  
Dogmata laudari vel placuisse malis.  
Tunc tua laus agitur cum displicuisse videris,  
Peruersæq; lupæ, Zelotypoq; seni.  
Scitis enim cuncti, quam vulgarissima cunctis  
Prefbyteris meretrix sit, cupidisq; procis,  
Turpis, auara, salax, lascivia, petulca, bilinguis,  
Et qua nil Phœbus peius in orbe videt.  
¶ Parænesis Bebeliana ad iuuentutē ne prauis  
mulieribus nimium credit.

Fidere non nimium iubeo cirrata iuuentus  
Virginibus pulchris, foemineoq; choro.  
Verba puellarum vento leuiora feruntur.  
Optima iam, nouit fallere si qua virum, est  
Hoc doceo male, præceptor delusus ab illis,  
Dum mihi vel fœlix, dumq; beatus eram.  
Sed tu qui nostris gaudes de casibus oro,  
Ne tibi contingat, vel mage dura caue.  
Namq; ego dum afflictus olim insultasse solebam,  
Nunc trahor in poenam risus, & ipse alijs.  
Contra Zelotypum.

Nescio quid de me tu cornicaris in epte  
Prefbyteros, canum verba pudica decent.  
Ilia rumpuntur tibi cum mea nomina cernis  
Surgere, vel doctum fama referre solet.  
Atq; meam laudem ducis tibi dedecus esse,  
Dum solus clarum nomen habete cupis.  
Atq; apud agricolas solus vis esse propheta,  
Quicquid & in toto discitur orbe fapis.  
Viribus & totis me deprimis usq; poetam,  
Sæpius & forsitan non bona verba refers:  
At mihi si credis, vis scrophalacessere doctam  
Pallada, quem laudant, teutonicæq; scholæ.  
Non me gloriolæ, non me rumusculus audax  
Iguaræ plebis sollicitare solet.  
Tu studeas, cuius vel corruptissima libra est  
Vulgo, nec durans lausq; caduca breui.

# BEBELIANA.

Meraris placuisse viris iuuat, est quibus acre  
Iudicium, vnde mihi fama perennis erit.  
Contra eundem.

Qui tibi doctiloquos suasit læsisse Poetas  
Zelotype, o sani non fuit ille animi.

Hostis enim Vatum, o quantis lacerabere plagis  
Tela parata quidem semper habere solent.

Intruijs passim cur me mordere solebas  
Speras me læsum posse cæcere diu?

Sum placidus, fidus, suavis fautoribus ipse  
Iura sodalitij nec violare tenax.

Insuper infestus nimiumq; remittere durus  
Hostibus offensam, qui pharetratus eo.

Lædere si posthac quemq; vis sancte Sacerdos,  
Huncq; remorsurum præmeditare precor.

¶ Saphicon endecasyllabon tetrastrophon cū adonico  
ad Philomelam auiculam musicam.

Desere Hybernas Philomela rupes  
Sit satis nido accubuisse tetro  
Cuncta iam florent, viridesq; summo  
Vertice montes.

Floridos pandit modo sylua ramos,  
Et solo flores redolent fragrantes,  
Fertiles promit segetes colono  
Frugifer annus.

En aues aspris variae rubetis  
Concitant dulces modulando cantus,  
Te vocat Cornix properans inertes  
Aedere voces.

Te nemus plaudit veniente vastum,  
Omnis arbusto residens in alto  
Conticit mox te resonante mirans  
Penniger ales.

Te iuuat tota cecinisse luce  
Definis nunq; reparando vircs  
Dum nigrae cœlum tenebræ recondunt  
Plectra mouebas.

# CARMINA

Cæteræ Phœbi radijs chorusci  
Integrant, tantum modulos sonantes  
Summa nidorum trepidæ subintrant,  
Nocte silentes.

Fulgidum aut Solis iubar expauentes  
Delitent atris aliæ cauernis  
Dira, sed tantum gelidis sub astris,  
Omnia cantant.

Ergo componas numeros tonantes  
Leni & adfis ruricolaæ fusurro  
Sola quæ cunctas placido volucres,  
Carmine vincis.

Candidi gutturi superas oloris,  
Qui colens ripam Eridani rapacis  
Dulce plus æquo moribundus ardet,  
Pangere murmur.

Cedat ast Orpheus cythara sonora,  
Regna qua Diris nebulosa visit,  
Plausibus complens stygios paludes,  
Lucis regentes.

Dat triumphum lusciniæ decoræ  
Lesbij Vatis lyra sat canora  
Quæ feris iunxit lepores molossis  
Federe pasto.

Hinc velis diuis celebranda musis  
Collibus belle sonuisse Apricis,  
Quos premis suavis sopor, ut quiescant  
Gramine fusi.

Ex gymnasio Cracoviensi M. CCCC. XCII.  
Idem de eodem.

Sarmata me vidit prima lusisse Camœna  
Hoc præsens carmen, principiumq; fuit,

Cum quaterent me me febres sine fine trementem  
Solamen dederat tunc Philomela mihi,

## BEBELIANA.

Ad Poetas Germaniæ, ne se inuicem  
lacerent, & inimicis ridendi  
materiam præbeant.

O vos illustres diuino carmine Vates,  
Et quibus eloquij splendida vena datur.  
Non placeat vobis vos dilacerare vicissim  
Congerere inter vos, nec maledicta iuuet.  
Quos studioq; pares, eademq; professio amicos  
Colligat, o Vates, & sociale sacrum.  
Præsertim quia præbetis spectacula multis,  
Ridendiq; ansam, materiamq; ioci.  
Qui cunctis vos in triujs explodere curant  
Infestis musis, carminibusq; sacrís  
Heu manifesta loquor, genus hoc vos nostis, & inde  
Contra illos vobis, quis feret auxilium?

## F I N I S.

Argentorati, denuo Ex Aedibus Matthiæ  
Schirerij. Mense Augusto,  
Anno M. D. XIII.

REGNANTE IMP E. CAES:  
MAXIMILIANO. P. F.  
A V G.

A Z

A ·  $\overset{3}{Z}$  · S ·  $\overset{2}{Z}$   
 $\underset{L}{\sim}$  Khaji





16 ✓

✓  
f

✓ ✓ ✓

